cumque fuerint faciendi aut reparandi potestas et
capitaneus ipsos muros ab habitantibus et universitate ...
faciat refici ubicumque diructi forent aut reparari
omnibus eorum expensis et sub pena supra nominata ad
urgendum hunc capitulo quod potestas ... seu ... faci
at ipsius castrum Agelli si completum est et indigeret
reparatione et si completum non est compleri facere teneatur
ut supra est scriptum et omnia alia castra comitatus et distri
ctus ... teneatur seu ... faciat et
... sunt completa aut egeant reparatione ipsa faci
at percompleri aut reparari modo supra nominato.
De castro vero fossati hoc duximus statuendum ...
sententia capitulo adiungentes quod eo tempore quando pervenerit
ad ... castri predicti et quando tempus illorum
... potestas et capitaneus ...
ipsorum ... et molendinorum et aliarum
... excepto pedagio dicti castri ... fa
cere teneatur ... subsequentes et ...
... fuerit subservitum excepto pe
dagio expediri debent ad quam dari infrascripti ...

tione et reaptatione castri predicti. Item [illegible] homines et universitatem castri predicti pro ipsius castri reparatione et factione, calce et arena eorum expensis impendere muri castri predicti dare et ponere teneantur. Quod si quia potestas et capitaneus ad faciendum predicta cogere teneantur. Pro quo quidem castro fossato construendo et reparando ipsi per maius consilium civitatis Pistorii potestas et capitaneus eligi faciant et teneantur sicut alii officiales eliguntur unum bonum et ydoneum hominem de civitate Pistorii et unum notarium super ipsis operibus supradictis [illegible] a castro Masciani cui dentur de ratione ducentas septuaginta quinque libras quas habent de certo communi [illegible] habere debeant conservare et tenere nec eas expendere ullo modo sine verbo et expresso mandato sive speciali voluntate potestatis et capitanei communis Pistorii et consilii certi ipsius communis. Item quod commune montis Pistoriensis debeat dare universitati restitutum et hominibus dicte terre et stille qui illas habent et tenent voluerint solvere et facere que premissa sunt facere et tenent eisdem potestas et capitaneus ad faciendum predicta de mense iunii compellant eosdem. Et si predicti capitaneus et potestas ad predicta omnia et singula facienda que in predicto capitulo continentur fuerint negligentes de suo salario utriusque eorum pena nomine C libras denariorum solvere teneantur quas quidem communi Pistorii volumus applicari.

Qualiter et qui teneantur complere ad coptimum de castellione clusino et quod remansit compleatur.

Statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus per totum mensem madii omnes illos qui haberent ad coptimum de castro castillionis clusini faciant reinveniri et illud quod remansit ad complendum faciant compleri et illud idem intelligatur in omnibus aliis coptimis datis per commune Pistorii ubicumque.

Additum est huic capitulo quod cottimatores qui receperunt ad cottimum aliquid teneantur et debeant facere cottimum predictum ut promiserint tenentur facere per totum mensem madii. Et si non fecerint duplicem quantitatem quam de eo receperunt solvere teneantur. Item quod illa porta que vocatur porta imperialis debeat vocari porta Pistorii et porta que vocatur porta arina debeat vocari porta Lacastriana. Et quod aliqua persona aliter dicere nec nominare debeat in eum porta Pistorii et porta Lacastriana et si quis contra fecerit auferantur ei nomine pene pro vice qualibet XX solidi denariorum.

Qualiter registrentur et observentur pacta et promissiones facte inter commune Pistorii et comites [illegible].

Ordinamus et ordinamus quod potestas et capitaneus teneantur observare et observari facere pacta promissiones et obligationes et conventiones factas et factas inter dominum [illegible] et syndicum communis Pistorii et dominum [illegible] syndicum olim communis [illegible] scriptas manu Petri [illegible] et Bonvicini notarii et capitaneus futurus teneantur presens facere instrumentum pactorum et conventionum sic facere et in libro communis Pistorii facere registrari. Item quod dominus Bonvicinus [illegible] predictis [illegible] debeant per potestatem Pistorii et capitaneum in principio regiminis potestas [illegible] facere et restituere communi Pistorii predictum istum [illegible] cum potestas et capitaneus et consules [illegible] civitatis predicte de consilio duorum iudicum Pistorii civitatis quos eligere debeant prudentes et satisfaciant ei de suo salario [illegible] facere istrumentum predictum debuerit communis. Et si dicti potestas et capitaneus fuerint negligentes ad predicta facienda solvat et solvere teneatur communi Pistorii pene nomine C libras denariorum [illegible] communi Pistorii integram applicandas.

Qualiter potestas habeat facere reformationes factas per consilium [illegible] ceterorum dominorum.

Statuimus et ordinamus quod potestas futurus teneatur habere rationes et firmas et faciat [illegible] hominibus civitatis quod civitas et districtus Pistorii omnes reformationes consilii generalis communis et populi Pistorii que facte sunt tempore dominorum Jacobi [illegible] Jacomini de [illegible] et domini Petri de [illegible] et domini Galvagni [illegible] et domini Bonacursi [illegible] capitanei communis et populi Pistorii et reformationes factas tempore domini Uberti [illegible] olim potestatis Pistorii et domini Orlandi [illegible] potestatis Pistorii et domini Boccii de Lavello longe capitanei communis et populi Pistorii sine aliqua diminutione non obstantibus aliquibus statutis vel ordinamentis populi vel reformationibus consilii factis vel faciendis vel que fieri possent. Et si dictus potestas vel suus familia vel aliquis eorum non observaverit vel observari fecerit teneatur de suo salario solvere communi Pistorii pene nomine C libras denariorum et dominus capitaneus [illegible] quantitatem valeat condepnare et eam seu massarium [illegible] dominus capitaneus illam condepnationem de suo salario debeat retinere [illegible] hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui ita quod [illegible] seu mutari si non valeat per consilium vel aliquo alio quocumque modo sed inviolabiliter observetur. Et salvo quod dominus capitaneus vel qui fuerit loco sui cum consilio generali [illegible] post reformationes [illegible] que [illegible] valeat mutare et emendare

et ipsis addere et diminuere et eas sicut placuerit ipsi
consilio pro generali et speciali utilitate reformationum intus
se aliquas reperiret sicut senserint sicut fuerit utile
Sed sequens ut semper inveniatur quod contradicere interesse per
postationes potius derogetur adiungentes huic capitulo
consilium quod possit revidere reformationes pro consilii
et consilii generalis communis Perusii et ipsas corrigere et emendare
prout ipsi consilio videbitur expedire. Item duximus
adiungendum capitulo nominato quod reformationes consiliorum factorum
tempore domini Gerardini de Bussheri potestatis Perusii et domini
Anselmi de Alzate capitanei et domini Machei de Corigia
potestatis et domini Hermanni de Sasso Ferrato capitanei communis
Perusii et pro eius commune illud idem intelligatur de
reformationibus factis et que fient tempore domini Fredi-
ani de Archidiaconis potestatis Perusii et tempore domini Federici domini
Manuelis de Madiis capitanei communis et populi Perusii et
fieri toto tempore eorum offitii debeant esse firme et
potestates futura ipsas debeant observare. Item potestas
possit una cum capitaneo et consilio communis revidere et co-
rrigere reformationes consiliorum communis prout ipsi con-
silio placuerit emendare. De pena surgentium in
consilio antequam fiant propositiones et blandientium potestatem
et capitaneum et loquentium post preceptum ei quod debeat tacere.

9 Si aliquis presumpserit surgere in consilio ad consulendum
antequam potestas et capitaneus faciant propositiones et dicant pro
nunc quod voluerit et sedeant et propositiones legantur per notarium
potestatis vel capitanei v. solidos denariorum pene nomine solvere teneatur
et si aliquid dixerit super aliqua quam super eo quod propositum
erit pena simili puniatur. Item postquam aliquis sur-
rexerit ad consulendum vel contradicendum laudaret potestatem seu ca-
pitaneum vel eis blandiri aliquatenus non presumat contra fa-
ciente potestas et capitaneus in illo consilio in quo contra faciet in
v. solidos denariorum teneatur puniri qualibet condempnatione de quibus
condempnationibus syndici sennullatenus intromittat.
Item quod quicumque locutus fuerit in consilio post preceptum
contra factum seu prohibitionem factam contra per potestatem et capitaneum
usque in quantitatem xii denariorum puniri qualibet solvere te-
neatur ad voluntatem potestatis et capitanei predictorum vel alterius eorum
addentes huic capitulo quod potestas non debeat ponere in
consilio nec mictere nisi quatuor propositiones solum
et non plures. Item quod si preceptum alicui vel aliquibus
per potestatem vel capitaneum inde vel non quod esset in consilio in pa-
latio communis ut se discedere debeat de palatio cum
fiet consilium et steterit usque ad valeriam et preceptum fue-
rint eis et omnibus aliis qui fuerint ibi cum fuerit
[illegible] cum fuerit consilium ut se discedere debeat
de scala et non descenderet quod potestas vel capitaneus teneatur
auferre cuilibet eorum qui tunc erit in scala banni nomine
pro quolibet et qualibet vice v. solidos denariorum et unus baiulus
communis stet cum fiet consilium in pede scalarum communis sta-
re debeat. Nec aliquis stare debeat postquam preceptum
fuerit factum. Item quod si quis repugnaret aliquid con-
tradicere in consilio quod potestas vel capitaneus teneatur contra au-
ferre banni nomine pro quolibet et qualibet vice v. solidos denariorum.
Item quod si quis surrexerit postquam arengator de loco arin-
gavit quod non teneatur ad aliquod bannum. Item quod postquam
duo erunt qui surrexerint ad consulendum in consilio et
unus affirmaverit rem de qua propositum erit per potestatem vel
capitaneum vel memoravit et alius contrarium dixerit et tertius arrin-
gator surrexerit et rem novam non dixerit quod potestas vel
capitaneus teneatur contra auferre banni nomine pro quolibet v. solidos denariorum
Salvo quod si quis voluerit reducere ad ad memoriam
pro bono et utilitate communis libere possit dicere sine pena.
Additum huic capitulo quod loquitur de turbatoribus quod loco
Beradelli preconis pacis turbatorum debeat subroga-
ri et sit turbator communis et Gundarellus et habeat et
habere debeat pro salario quod concessum fuit ipsi Beradello
per statutum pro abeo die qua dictus Beradellus desinit
suum offitium operari ita tamen quod si Beradellus predictus
voluerit redire Perusium et solvere bannum quod communi solvere
tenetur reverti debeat ad offitium supradictum et sit tur-
bator communis cum aliis turbatoribus communis Perusii. Quod
potestas et capitaneus faciant restitui istum quod apparet
super tote octo x miliu li. oli impositorum
Si potestas et capitaneus invenerit aliquem vel aliquos habere istrumentum
aliquod super aliquo nostro cive vel comitatense vel super commune
Perusii octo x milium lib. cognoscant illum vel illos ad restitu-
ere ipsi istrumenta sine dampno et salario et ipsa istrumenta sint cassa.
Item dicimus quod malis quod habent super aliqua parrochia sive
loco de predictis aliquod istrumentum. Quod nemo debeat
sedere in loco in quo stant consiliatores.

Item dicimus et volumus observari quod nemo in maiori consilio
civitatis sedere audeat vel presumat in loco in quo stant
consiliatores addictos et qui contra fecerit v. solidos pro quolibet sol-
vere teneatur adiungentes quod si quis non venerit ad
consilium donec campana consilii pulsaverit solvat et
solvere teneatur communi Perusii de suo salario pene nomine
[illegible] banni teneatur quicumque consiliatori et arengatori
de consilio communis Perusii assurgere in consilio ad consulendum
vel arengandum bis in ebdomoda et non ultra nisi quando

fieret et ordinaverit statutum communis Padue contra non fa-
ciens solvat et solvere teneatur communi Padue pro unaquaque vice
nomine pene xxv librarum denariorum. quas penas et que banna
potestas et capitaneus contra facienti vel facientibus auferre et exi-
gere teneatur pro communi Padue quod si ab ipsis predictis fuerint
negligentes [illegible] de suo salario debeat x
libras denariorum solvere et devenire in commune.

46 Qualiter potestas et capitaneus faciant vocari omnes habentes
naves in locis consuetis. rubrica.

Potestas teneatur in principio sui regiminis facere vocari omnes
et singulas personas tam clericos quam laycales et uni-
versitates habentes naves in locis consuetis et precipe-
re eis quod non tollant nec tolli faciant aliquibus personis civibus
vel comitatinis aliquod pedagium nec aliquid occasione transitus
[illegible] ipsi dicte persone cum rebus suis transire seu
passare et remeare seu repassare teneantur quandocumque
eis per ipsos transire volentes fuerit postulatum cum rebus
omnibus eorundem quas secum voluerint deportare et predictam [illegible]
stiones seu naves habentes bona fide sine fraude facere
teneatur. et predicte naves et alia vasa consueta debeant re-
tineri in locis consuetis faciant stare cum hominibus sufficientibus
pro ut melius si potest et predicta facere compellat. Forenses
sibi tamen possint accipere pedagium scilicet si fuerit eques
ii denarios si fuerit pedes i denarium et non plus. exceptis ro-
manis quibus pedagium non tollatur si transeant seu passe-
nt pro ut alii cives Padue et si aliqua universitas seu singu-
laris persona contra fecerit pene nomine communi Padue x libras denariorum solvere teneatur.
Item dicimus quod predicti homines et alie universitates dictas
naves habentes non possint nec debeant cum dictis navibus gen-
tem extra districtum Padue trahere vel ponere extra nec po-
tentiam facere et si aliquis contra fecerit teneatur pro unaquaque vice sol-
vere penam contentam in statuto posito loquente de [illegible] extra
comitatum Padue et districtum potestatis. Hic incipiunt xi

47 capitula precisa primum est quibus de causis mutua et co-
llecta fiat et quibus non. rubrica.

Infrascripta xi capitula sunt precisa quorum primum est quod
collecta et mutua generalis seu data non fiat nec po-
natur nisi tantum de [illegible] civitate Padue vel de burgis [illegible] de-
canis videlicet pro nostra guerra quam haberet commune Padue
pro facto domini pape et domini imperatoris Romanorum. Et si fieret
pro aliquo dependentium collecta et mutua seu data pro libra
fieri debeat et non aliter tamen in extimatione librarum non de-
beant [illegible] turres palacia sive domus [illegible]
parvis arma equi panni [illegible] non alie-
nasse [illegible] libri legales iudicum et notariorum.

addictum est quod quocumque tempore collecta fieret fiat per
libram de voluntate consilii et hoc capitulum de statuto in
statuto ponatur et semper maneat illibatum. Qualiter

48 fiat collecta mutua sive data. rubrica.

Omnis collecta mutua seu data si oportebit potestas et
capitaneus si faciat in hunc modum videlicet quod faciat eligi per
consilium speciale iiii bonos homines pro porta qualibet adbre-
viare duos bonos notarios extimatores de melioribus et legali-
oribus civitatis. hoc tamen videlicet quod consiliarii unius porte eli-
gant officiales in alia porta qui officiales debeant re-
invenire et videre istam extimationem factam ab hominibus sue
porte [illegible] annis circa de terris vineis et aliis possessionibus
civitatis comitatus et districtus Padue et illas possessiones po-
nere in libra secundum extimationem sive pretium istius extimationis
itaque extimentur res quantum extimate fuerint. Illi vero
qui ipsam istam non representaverint et ostenderint cum effectu
de suis possessionibus ad terminum sibi specialiter ac generaliter
ordinatum vel ordinandos tempore istorum quo invenerint in [illegible]
quod istis non ostensis nullum comodum habere possit nec
possit [illegible] vel eorum heredibus aut his qui ea habent [illegible]
vel habuerint pro dicto [illegible] vel aliquo [illegible]
[illegible] pro ista predicta. In aliis non possessionibus ex
quibus non haberet istam extimationem dicti officiales procedant
ad extimationes de similibus ad similia faciendo compa-
rationes [illegible] possessionibus et terris quas invene-
rint iusta [illegible] facta [illegible] comparatione [illegible] possessionum [illegible] valoris. Et
si aliquis commiserit fraudem in assignando scilicet quod non assigna-
verit quod debitum est sit ipso iure communis Padue quod assignatum
non esset. Et si aliquis denuntiaverit non assignatam [illegible]
[illegible] rei non assignate et sit secretum et si aliquis com-
miserit fraudem in suo officio faciendo scilicet aliquis officia-
lium predictorum c libras denariorum communi Padue solvere teneatur et
si dictam penam solvere non possit forbanniatur donec
solverit dictam penam. Item aliquis non civis habet
aliquod castrum in comitatu Padue quod esset suum proprium cir-
cum [illegible] et appropinquiores [illegible] dicti castri extimationem
ipsam facere teneatur. Item super rebus
mobilibus potestas et capitaneus pro toto [illegible] ba-
num facere teneatur pro tota civitate et burgis
quod quilibet de civitate et comitatu Padue ad certum ter-
minum debeat assignare potestati omnia sua bona
mobilia et pecuniam sive denarios [illegible] debitis
detractis domibus et aliis que in statuto con-
tinentur. Et si aliquis commiserit fraudem in non assign[illegible]

gradu predicto. res mobiles que non assignabunt
sint pleno iure communis pistorii et si quas assignavit
non assignatas vel acquisivit habeat medietatem
rei non assignate et aliam habeat commune pistorii et
secundum declarationem per potestatem et capitaneum teneatur. ¶ Item
si aliquis dederit dotem alicui post factam libram
minuatur de libra tantum dantis et addatur tantum
accipienti dotem preter pannos lecti et ornamen
ta mulieris pro qua dos dabitur et fiat liber me
morialis in quo faciat quilibet scribi id quod de sua libra
diminuit infra mensem a tempore date dotis quod si non
fecerit id quod datum erit in dotem in libra dotis computetur
sicut erat ante dationem dotis. ¶ In omnibus
mobilibus mercatorum et cansorum talis forma fuerit
iuxta debitorum mutui ostendere teneatur et similiter
in libro ponere sicut in supradicto capitulo continetur
¶ In aliis non fiat inquisitio per libros rationum set
sorte capitalis quod in societate inventum erit posi
tum fuisse et pistoria facta inter consocies et inter
mercatores et inter socios et inter fratres pro rata
ipsorum qui habent mobile cum eis vel aliquid eorundem
et pro rata sociorum qui similia habent mercimonia
et pannos et quicquid per predictos vel alterum eorum inven
tum erit quilibet dictorum mercatorum et aliquorum predictorum
habent vel habere potuissent per ipsum in sua libra scri
bi debeat atque poni. Omnia eorum debita com
putare possint et si non sint singula in libris posita
et etiam simplum vel maiora inveniatur. Que summa
posita in libris eorum non obstante capitulo supradicto quod
loquitur de libra facienda quilibet autem dictorum notariorum
xx lib. denariorum accipiant et quilibet aliorum hominum xv lib.
et eorum expensis vadant sine gravamine comitatensium
et si fuerint negligentes facere dictum officium et
ipsum a kalendis maii usque ad festum sancti petri de mense
iunii non perfecerint quilibet eorum communi pistorii
L lib. denariorum nomine pene solvere teneatur nisi iusto im
pedimento eos rationabiliter excusante. ¶ Dicti
officiales eligantur per dictum consilium de mense aprilis
et potestas et capitaneus hoc facere teneantur. ¶ Item si quis
noster civis habet aliqua bona extra comitatum pistorii
et ipsa non allibravit commune pistorii illa bona de
fendere minime teneatur. Et idem dicimus in fo
rensibus habentibus aliqua bona in civitate et
burgis et comitatu pistorii. De aliis habentibus
possessiones in civitate pistorii et comitatu et eius com

itatu dicimus quod fiat eorum libra ut supradictum est de
aliis civibus et comitatensibus. potestas et capitaneus libram de
predictis facere teneantur. ¶ Item dicimus quod potestas et capitaneus
omnibus hominibus ad recipiendum in communi pistorii vel ab ipso
communi potestas et capitaneus solvi et satisfieri teneantur. Itaque nu
llum debitum tempore sui regiminis factum remaneat ad
solvendum. ¶ Statuimus quod quicumque habet aliqua bo
na in castro plebis et cuius curia quam allibravit in
civitate pistorii et solvit ibidem pro illis bonis in ca
stro plebis collectam minime solvere teneatur nec
compellatur. ¶ Item statuimus quod in comitatu pistorii
non ponatur aliqua collecta nisi sit in civitate salvo
capitulo quod loquitur de salario potestatis et capitanei adque salarium
solvendum teneantur homines comitatus. ¶ Item statuimus
quod quis non cogatur nec solvere teneatur aliquam collectam
sive datam pro aliquo podere mortuo vel destructo
et homines illius parochie in qua erit libra illius poderis
mortui vel destructi ad solvendum aliquam collectam
sive datam occasione ipsius poderis mortui vel destructi
aliquatenus non cogantur. ¶ Statuimus quod quicumque
comitatensis venerit ad habitandum de comitatu ad
civitatem pistorii a v annis citra per illam habitationem
collectam in comitatu nullo modo teneatur solvere et alia fun
tia que alii comitatenses faciunt facere teneantur et
ubi habitet et stet et redeat cum sua familia ad habi
tandum ire debeat per totum mensem maii et si non redierit
et steterit potestas et capitaneus accipiat quod faciens pene
nomine c s. denariorum communi pistorii persolvendo. ¶ Item potestas
et capitaneus inquisitionem faciat per homines loci unde sunt
illi qui venerint ad habitandum in civitate pistorii a v an
nis citra et steterint testificatione duorum magis loci predicti
¶ Additum est quod quando fiet aliqua collecta sive data
debeat fieri secundum libram novam et veteris libre penitus in
teritur et si libra nova non erit completa per totum mensem maii
potestas et capitaneus ipsam faciant percompleri. ¶ Additum est
huic capitulo quod omnes date que imponerentur per nunc
comitatus et districtus per numerum focularium quod dividatur
et fiat sicut salarium potestatis et capitanei inter comitatenses
ita quod ditior v sol. denariorum solvat ad plus et pauperior
xii den. et a xii den. usque ad v sol. ad plus pariantur. Ita quod
qui plus habet plus solvat usque ad quantitatem predictam
libra non communis pistorii correcta in civitate et comitatu
ratam permaneat. Ita quod quotiens libra generalis po
neretur per civitatem et comitatum distribuatur et colligatur
per dictam libram et non aliter et hoc capitulum sit precisum.

a.

Heraclane cuncte pollens qz defendas
Pus dignu te manu dexteri signas
Anime divinu saluet populum pusinu

49 ### Qualiter guerra incipi possit et qualiter non

Nulla guerra possit incipi generaliter a communi perusii sine vo
luntate consilii generalis et specialis civitatis perusii. et vo
catorum preposita qualibet consilium militum capitum do
micellorum capitum portarum et eius consilii et rectorum artium et
in ecclesia sancti laurentii fiat consilium inceptum. Et si
guerra inceperit ut dictum est non possit exercitus fieri
aliquis nisi secundum voluntatem consilii supradicti. dummodo dicta
guerra non incipiat nisi tum consiliorum dictorum fuerit
firmatum. ### Qualiter nulla societas nulla

50 ### Societas fiat nec reformetur sine voluntate consilii generalis

Societas vel compagna aliqua fiat non possit a communi perusii
nec reformari cum aliqua civitate sive castro sine
speciali et generali consilio et curiorum electorum preposita
rectorum artium rectorum inde et nocte capitum portarum et
eius consilii. ### Qualiter ponatur in statuto capitulum forbannitionis filiorum domini andree Jacobi CCXV.

Statuimus quod ponatur in hoc statuto capitulum factum
tempore domini milanci super filiis domini andree Jaco
bi verbo ad verbum totum cassando omne capitulum seu
capitula que essent contraria huic capitulo quod capitulum talis est.

52 ### Tenor ipsius capituli

Cum dominus Rancius andreas et Aulturionus fi
lii domini andree Jacobi exiverint de et pro ane
ecclesie adque communi perusii perfidi et diversis et Jam nobis
inceperunt adversari dando et submittendo in manibus
inimicorum dei et ecclesie Romane et civitatis et distri
ctus perusii. videlicet Gualdarum post in districtu per
usii et civitatem fortem et captam fortunatis et ad
ciuie ipsius communis cum hunc communi perusii magnum esset
necessarium volentes communi perusii et considerantes fore
proposse eorum. Et cum fuerit per dominum Rana
ldum et paulum [illegible] et paltonerium destinata
ambasciatores communis perusii ut ad nos accederent
non facta in omnibus impleverunt et preceperunt aulturio
no predicto in consilio speciali communis perusii quod omnes eorum
pueros et dominas mitteret adhuc tamen et de hoc
fuerit pluribus licteris et nuntiis requisita adque
cum sub pena et banno quam eis auferre volebam
mi et venire aut mittere eorum pueros et dominas contra
venerit. Castrum predictum dictus dominus Rana
ldo paulo et paltonerio postulantibus pro communi
perusii reddere negaverit nec eos dictum ca
strum permiserit intrare sed lapides de dicto ca
stro proici fecerit. Nos considerantes pro nunc
latius exabundo nobis concesso in consilio speciali
et generali. Convocatorum preposita Rectorum artium et bali
torum societatum in palatio communis perusii campanarum sonitu
et voce preconia more solito congregato ab illis
dicti consilii facto die veneris xv. mensis maii exe
cutione capituli constitutum loquentes de proditoribus punien
dis predictos dominum Rancium. andream et aulturionum in
banno perpetuo communis perusii ponimus et destruimus et bo
na eorum ipsorum in communi perusii publicamus. tamen modo
et Gualdarum cum ad manum perusii pervenerit vel specialis
persone pro communi predicto et Ciboctolam et Sextam que
est in castro [illegible] et compignam cum omnibus suis
curiis et eius pertinentiis et Juribus et omnia alia eorum bona
tam mobilia quam stabilia iura et actiones fundus
omnes et similia et commune perusii spirare debeat stabili
tate ac libertate hominibus eorum et contra quibus persona eos
defendere tenetur in perpetuum et quod domus eorum et turres
debeant destrui et nec lapides illos debeat por
tare aliquis non fuerit sed volumus et precipimus quod la
pidibus illis fiat murus civitatis de sero pro
et in alio loco ubi fuerit oportunum. Siquis autem
predictos et aliquem predictorum offendit in personas rebus nulla
teneatur tenebatur et si capi poterit ipsi vel aliquis eorum ampu
tetur eis caput ita quod moriatur. Item precipimus et or
dinamus atque statuimus quod eo filii non possint nec debeant
esse de cetero cives perusini nec habitatores vel et comi
tatenses et eos in omnibus predictis condempnamus. Item
statuimus ordinamus atque precipimus quod nemo cum predictis
vel aliquo eorum loquatur vel licteras dirigat nec aliquod
tractamentum faciat cum eisdem publice vel privatim vel
eis seu alicui eorum aliquod auxilium exibeat vel favo
rem vel eorum bona defendat et siquis contra venerit vel
venire presumpserit manu ac pedem nostrorum successorum pu
niatur. Item cum dominus bolgarellus nepos domini
farolfi et benvenutus delivio eorum milites quod se
adiuvant eorum pro eis [illegible] simul cum proditoribus pre
dictis nobis iam inceperunt adversari ponimus eos in per
petuo banno Civitatis comitatus et districtus de quo
exire non possint aliter vel aliquorum consilio nec etiam in
perpetuum palam et si capi poterit capitali sententia pu
niatur et omnia eorum bona communi perusii publicentur. Que
statuta omnia et singula et banna potestas qui pro tempore erit de
anno maiori in libro statuti poni faciat tenetur
Et ipse potestas tenetur omnia et singula observare et facere
plenius observari nec possit revocari ab aliquo aliquid
de predictis aliquo vel aliquorum consilio nisi et fieri palamento

Electa fuit ₇ publicata p̄dc̄a ₇ affirmata ip̄is pa lamento ab hominibus palam in die xiij maij capitulis so nitu ₇ voce preconia in platea comunis perusii more solito convocato. Sub anno domini M CC xlvij Indictione v tempore domini Innocentii pape iiij tempore domino Tomasso Ormanni in campo potestate assisii. Uguicione de monte ubiano domino Ugone Masfei Albine bud fed poli ₇ deute salute massarie. ¶ Et insuper Andreas Negoboli banitor publicus comunis perusii tactis ibi dei euangeliis iuravit potestati ₇ omnium aliorum perusii tam civitatis quam comitatus ₇ districtus perusii corporaliter iuravit prestito iuramento quod abcidit omnia ₇ singula perpetuo fuerunt nec ipse in toto alicuius ut omnia ₇ singula superius notata sunt ¶ Statuimus addendo supradicto capitulo quod si quis acceptaret vel presumeret dicere in consilio palamento vel alio loco quod dictum capitulum debeat removeri vel absolui in toto vel parte potestas ₇ capitaneus teneatur illum vel illos qui facerent condempnare in quingentis libris denariorum quod si facere neglexerit Syndicus comunis teneatur potestatem ₇ capitaneum in quingentis libris denariorum de suo salario condempnare. Et sequentes potestas ₇ capitaneus teneantur condempnationem recuperare ₇ sindicus esset recuperare. Et si potestas vel capitaneus non recuperaret dictam condempnationem cadat in dictam penam ₇ hoc capitulum sit in numero predictorum precisorum capitulorum que cum hoc sunt xj.

Item si potestas vel capitaneus poneret in consilio vel palamento vel peteret vel permicteret quod ab aliquo poneret vel peteret quod dictum capitulum in toto vel in parte lederet vel mutaret predictam penam duarum millium librarum denariorum de suo feudo solvere teneatur ₇ camerarius seu massarius comunis perusii de suo salario dictam penam retineant pro comuni. Et syndicus comunis perusii nulla debeat intelligere in sententiam ullo modo. Et si quis non posset solvere dictam penam quod predictum facere acceptare manum dextram amictat ₇ potestas ₇ capitaneus teneantur ipsius manum facere amputari. Et hoc capitulum possit destatuere instatutum ₇ potestas ₇ capitaneus possint facere teneantur. Et si aliquid capitulum vel aliqua huic capitulo ₇ banno derogaret illa sint cassa ₇ nullius valoris ₇ momenti. Et predictum capitulum semper habeat ₇ teneat robur firmitatis ₇ ponatur sit precisum.

Capitulum de bannitione Nicole domini Rusfidi.

Presenti statuimus capitulo inviolabiliter valituro quod Nicola domini Rusfidi sit perpetuo exbannitus comunis perusii tamquam devastator quam districtus perusii tamquam comunis perusii proditor ₇ rebellis ₇ homicida ₇ omnia eius bona sint comunis perusii publicata proeo quod fuit legitime probatum contra eum quod ipse ... quas accepto ... an domum suam Nobilem virum dominum Petrum Johannis Placrebadini amatorem dei ₇ ecclesie Romane ₇ pape comunis perusii. Que domus eius contra tutissimum refugium esse debuit deque banne exire non posset toto tempore vite sue occidit aliquid consilij vel ₇ palam vel privati ₇ quod domus ₇ turres funditus diruantur ₇ omnes lapides eius terranum ₇ domorum ad campum filij deponentur ₇ perpetuo diruti debeant permanere ₇ si aliquo tempore ad manum comunis perusii pervenerit potestas ₇ capitaneus qui pro tempore fuerint precise teneantur ei caput suum facere amputari ita quod moriatur. Eodem potestas ₇ capitaneus teneantur mictere ad omnes civitates ₇ comunitates cum civitate perusii confinantes expensis comunis ₇ per perusii solempnes ambaxiatores ₇ dare operam cum effectu quod dictum Nicolam in filio banno banne ponat amore comunis perusii ₇ quod dedatur civitatibus ₇ comunantijs ₇ eorum districtibus compellatur. Et nullus debeat acceptare nec dicere presumat in consilio vel palamento vel alio loco quod dictum capitulum seu statutum vel ordinamentum in toto vel in aliqua parte sui seu ledat vel minuat vel mutetur sub pena v librarum denariorum pro unaquaque vice. Quam penam si solvere non poterit manus dextra ei debeat amputari. Eodem modo si potestas vel capitaneus vel aliquis de eorum familijs proponeret in consilio vel palamento vel alio loco quod dictum capitulum statutum seu ordinamentum debet ledi vel mutari vel minui in toto vel parte pro qualibet vice pro qualibet ab eis vel ab aliquo opposite solvat nomine pene ₇ banni quilibet eorum pro vice qualibet comuni perusii v libras denariorum ₇ nichilominus dictum statutum capitulum seu ordinamentum in sua permaneat firmitate. Et camerarius seu massarius comunis perusii de suo salario pro comuni perusii retinere teneantur ₇ sindico comunis perusii dependas nullatenus debeat intelligere nec se intromictere ullo modo ₇ si se intromicteret vel intelligeret libellum seu petitionem reciperet solvat quilibet eorum pro vice qualibet nomine pene comuni perusii CC libras denariorum. Et hoc capitulum statutum seu ordinamentum in statuto comunis perusii ₇ destatuto instatutum ponatur ₇ potestas ₇ capitaneus perusii esse ponere facere teneantur de libro ad librum in statuto comunis ₇ populi perusii. Et si aliquod statutum vel statuta vel capitulum vel capitula ordinamenta vel ordinamentum huic capitulo statuto vel ordinamento banno in aliquo derogaret illa sint cassa ₇ irrita penitus ₇ nullius valoris ₇ momenti ₇ predictum capitulum statutum banni vel ordinamentum semper robur obtineat firmitatis ₇ tenetur sit precisum ₇ ponatur ₇ sit in numero precisorum ₇ aliorum capitulorum ₇ eadem habeat firmitate.

Et iuravit et si potestas et capitaneus vel aliquis eorum non recuperarent ... dictum bannum ipsi cum dicto suo salario solvere teneantur. Et siquis de cetero Nicolaum offenderet ad penam millecentum teneatur. ¶ Item cum predicto Nicolao nemo loquatur vel ei litteras dirigat vel mandamentum aliquod habeat cum eo per se vel per nuntium vel ei aliquod exhibeat auxilium vel favorem. Et siquis contra fecerit potestas et capitaneus condempnet eum in C libris denariorum. ¶ Item statuimus et ordinamus quod dominus Rusfredus de Frenensis subiaceat penis omnibus supradictis et propterea debeat subiacere pro eo quod tractavit et ordinavit cum predicto Nicola filio suo sicut apparet per suam confessionem de morte ipsius domini Petri et illud bannum statutum et ordinamentum in omnibus valeat et post ... contra dictum dominum Rusfredum quod ad mortem valeat contra filium suum Nicolaum. ¶ Item quod omnia que sunt contra ipsum expresse intelligantur contra patrem eius dominum Rusfredum.

54 Qualiter pax et concordia observetur et rumpentes eam puniantur.

Ante pacem atque concordiam obstaculo pacis factam vel faciendam inter aliquas de civitate et districtu Pistorii potestas et capitaneus faciant perpetuo et inviolabiliter observari. Et siquis vel siqui fractores vel frangentes pacem inventi fuerint vel eos in perpetuum bannum ponant et ipso iure sint perpetuo sbanditi de quo non possint aliquo tempore vel alio banno trahi et invasa eius bona mobilia destruantur et que ad destructionem remanserint comuni Pistorii publicentur sine aliena. Et si aliquis fraudulentum ex bonis eius fecisset qui pacem fregerit vel frangi fecerit in toto vel in parte vel contractum alibi fecisset ante firmitatem pacis talis alienatio et contractus penitus sit inanis et nullius valoris et nichilominus ipsa bona destruantur et publicentur et deveniant ut est supra declaratum. Et siquis offenderet rumpentes pacem in persona vel rebus a comuni penam nullatenus patiatur et siqua concordia fieret cum illo qui fregerit de ipsa pace rupta infra VIII dies post pacem fractam non valeat nec teneat et hoc locum habeat ubicumque seu in quacumque parte rumpit quis pacem de qua pace appareat per instrumentum seu confessionem coram iudice seu potestate vel capitaneo facta. ¶ Item quod omnes paces que sunt facte et faciende tempore potestatis domini Tomassii olim potestatis et domini Petri capitanei et ... eius predictorum anno reducantur in uno libro et in omnibus habeat locum presens statutum sive ex pacibus factum fuerit per instrumentum sive non et hoc capitulum sit precisum et inmutabile. [illegible] quod non possit minui nec tolli nec mutari vel variari per statutarios consilium vel contradictionem vel alio modo. Immo potestas et capitaneus teneantur ipsum precise ponere et facere in quolibet statuto et generaliter destituto in statutum ponatur sic et observetur hunc statuto aliquo capitulo contrario.

55 Qualiter puniatur potestas et capitaneus si proposuerint in consilio de danda comuni Pistorii aliquid de avere et qualiter dentur 24.

Potestas et capitaneus teneantur precise non mittere nec mitti facere nec permittere quod mictatur nec in consilio proponatur quod de avere comunis aliquid in toto tempore sui regiminis alicui vel aliquibus donetur vel mutuetur vel prestetur vel in depositum detur vel aliquis aliquid causa detur exceptis elemosinis dandis locis religiosis. Si autem potestas et capitaneus vel aliquis de eorum familia proponeret vel proponi facerent vel permitterent proponi vel quolibet tenerentur de suo salario comuni Pistorii solvere L libras ... seu eam tenere debeat de eorum salario predicto. ¶ Si autem aliquis comunis de avere donaret vel mutuaret vel ... prestaret seu mutuaret aut in depositum seu aliquid ei donaret potestas et capitaneus precise illi ei auferre L libras denariorum debeant et hoc locum habeat omni tempore et tempore ordinationis statuti nec hoc capitulum possit removeri ad ... absolutione nec absolutio per eum possit et si fieret aliquid in sindicatu comunis Pistorii quod debet examinare potestatem possint et debeant de ea quantitate petere pro comuni et exigere de tamen ex hac repetitione comuni Pistorii nullum preiudicium generetur. ¶ Additum est quod potestas et capitaneus possint expendere de avere comunis Pistorii in nuntiis et aliis eius de die diebus eius de civitate maioris consilii ... in quantitate XX solidorum Pistoriensium grossiorum quorum quilibet valeat XII denarios exceptis.

56 Qualiter potestas et capitaneus teneantur facere capilastrum laci et cum quibus debeant interesse.

Statuimus quod potestas et capitaneus precise teneantur facere capilastrum de debitis lapidibus et bona calcina de qua tamen laci curatore terreno relicto ad eos laci. Et modo Gualandrum cum toto eius curia et districtu et totum terrenum comunis Pistorii ubicumque est et inveniri possit et super hoc potestas et capitaneus eligere debeant V bonos homines scilicet unum per portam quibus cum quibus potestas et capitaneus debeant personaliter interesse ad predicta omnia ... facienda quod capitulum sit precisum.

57 Qualiter potestas et capitaneus observent predictum XI capitulum precisum et ea faciant firmiter observari.

Omnia et singula supradicta XI capitulo et statuta potestas et capitaneus integre et precise observare et observari facere teneantur sine ipsa nec aliquod ipsorum in totum vel in parte tollere vel minuere vel mutare valeant in aliquo vel in eorum valere vel in uno consilio generali et speciali et singula ad bonum et salutem intellectum in omnibus et per omnia ut dicta sunt debeant firmiter facere observari.

Qualiter et quando et cum quibus potestas et capitaneus debeant revidere muros civitatis et burgorum et reaptationem ipsorum.

Potestas et capitaneus cum duobus bonis magistris pro quolibet ministerio
magistrorum et cum duobus bonis hominibus de qualibet porta omnes
muros civitatis et burgorum debeant revidere et qui-
bus mensibus, si aliquos invenerint refectione vel apta-
tione indigentes vel ruinam minantes, proponere debe-
ant in maiori consilio civitatis et similiter proponere de
aptatione omnium murorum portarum postellarum et cabo-
marum totius civitatis et burgorum et secundum quod dictum consi-
lium decreverit mandent effectui demandare. ¶ Item
pro quolibet ministerio magistrorum et lignaminis debeant facere reaptari et re-
aptari murum civitatis qui est post ecclesiam sancti Nicolai
porte sancte Susane et murum in quo fuit domus Jacobi
Ingilantis et Rigonem Palmerii et murum et cal-
garum de Scolella prope sanctum Martinum de Aposa et omnes ali-
os muros civitatis et burgorum prout ruinam minan-
tes et refectione seu aptatione indigentes. De cetero
prius inveniat pro omnibus personis domorum que essent iux-
ta dictos muros ut reficiant dictos muros, muro minore
hoc modo videlicet quod propriis [illegible] expensis aliqui qui
habuerint domum iuxta ipsum murum expendat de suis
bonis in reaptatione ipsius muri .xxv. libras bononinorum, si totum de-
super dictum murum essent necessarium expendi, et totum
superfluum pro ipso complendo de avere comunis fiat, ita quod
dictis .xxv. libris expendat in illo muro qui refec-
tione et reactatione indiget. Potestas et capitaneus coptu-
mari faciant dictum murum. Quo facto potestas et ca-
pitaneus debeant habere illum qui habet domum iuxta murum et
qui refici seu aptari deberet et scire ab eo si vult
expendere in predicto muro dictam quantitatem .xxv. librarum
denariorum de suis bonis et si expendere noluerit dictus dominus
non possit habere aliquam utilitatem de ipso muro et in
ipso muro potestas et capitaneus expensis comunis pro ipsum
murum refici faciant seu reaptari. ¶ Item de-
beant facere reaptari et recalcari de dictis mensibus
murum qui est iuxta ecclesiam sancti Dominici de porta sancti Petri
faciendo ibi fieri bonum calcum de bonis lapidibus
et calce prout necessarium fuerit. Itaque idem murus ul-
terius non minetur ruinam et fiat fieri calgam et clu-
sas extra murum novum capi batalie prout ipsi mu-
ro fuerit opportunum de mensibus maii et iunii expen-
sis comunis pro ipsis. Et potestas et capitaneus teneantur predicta
facere perfici et si predicta vel aliqua predictorum facere ne-
glexerint quilibet eorum .C. libras denariorum de suo salario comunis

pro ipsis solvere teneatur et de his non possit peti abso-
lutionem seu prorogationem in minori consilio seu in aliquo
sed perfici perfecte predicta fieri facere et perfici teneantur de
ipsis duobus mensibus maii et iunii et omnes alios
muros civitatis et burgorum et pectoralia et calga
et clusas predictas et predictos muros fieri facere in alti-
tudine in qua fuit murus antiquitus cum ingenio debet.
¶ Item dicimus quod de mense augusti fieri faciant super ecclesiam
sancti Dominici tres clusas vel consimiles si poterunt
expensis comunis pro ipsis pro bono comunis dicti loci sancti
Dominici. ¶ Preterea potestas et capitaneus nulli permit-
tant facere aliquam foveam sive cavam non facere iuxta mu-
ros civitatis et burgorum .xl. pedibus usque ipso
muro extra aliqua ipsorum et si quam invenerint fo-
veam sive cavam ipsam repleri facere teneantur et ille
per quem fuerit quod impleat illam foveam factam sive
cavam si eam non impleverit in termino sibi dato per potestatem et
capitaneum vel aliquem suorum officialium .C. solidos denariorum comuni pro ipsis
nomine pene solvere teneatur et nulli liceat immittere
vel immitti facere aliquem murum civitatis vel bu-
rgorum lignum aliquod vel berbicone extra exerci-
tum muri super aliqua domo que esset inferius et
si posita essent faciant elevari et etiam removeri.
¶ Item nullus debeat murum neque calgum civita-
tis et burgorum seu capi batalie seu fontem seu
aque ductus montis pagani nec aliquem murum comunis
non audeat aliquis destruere muris nec de platea et fe-
ro comunis nec de alio loco vel opere comunis aliquem
lapidem vel aliquod lignum non ad aliud sine mandato
potestatis et capitanei nec audeat tollere nec tolli fa-
cere tiburina vel aliquos lapides seu matones
non ad aliud per eum infixum seu positum in quocumque
loco per comunem prius et si quis contrafecerit solvat comuni
pro ipsis .x. libras denariorum et nihilominus lapides et tiburina
et quodcumque aliud de ipsis locis acceptum fuerit re-
motum vel acceptum vel removens reponere
compellatur. ¶ Item quod nullus audeat claudere
vel aliquo modo impedire fossa comunis sed debe-
ant esse libera et expedita omnia et singula circa dictos
muros civitatis et burgorum ita quod sine impedi-
mento aliquis quicumque transire voluerit ire possit
et redire et si aliquod esset impedimentum vel aliquid
decumptum seu occupatum in ipsis per quemque esset per-
ditum cum rebus idem potestas et capitaneus expediri et ex-
occupari facere teneantur et illi qui non fecerint in termino

eis dato vel quod eis precium fuerit de expeditione et ex occupatione predicta solvat comuni pisano pro unoquoque libras pene nomine c. soldos denariorum et predictam expedire et exocupare potestas compellat et hoc potestas et capitaneus facere teneantur et si ad predicta fuerint negligentes x. libras denariorum de suo salario solvere teneantur. Excepto loco sancti fructuosi loco sancti augustini sancte marie de oliveto et loco filiarum ultraducti quae est intra civitatem sancte marie de oliveto quibus locis hoc capitulum non preiudicet in aliqua parte sui. ¶ Item dicimus quod omnes habentes super murum civitatis et burgorum domos et casalinum seu casalina quae murus sit devastatus vel minuet ruinam et fieri videant ipsum reficere vel recalcare vel meliorare eorum expensis possint libere facere et si voluerint accipere de lapidibus qui ceciderint de muro civitatis pro ipso muro reaptando possint et si steterint in alieno terreno et quibus predictorum possit facere sine contraditione alicuius habentis terrenum sub dicto muro reficiendo vel reaptando sine contraditione alicuius alterius. Et dicimus quod quicumque habet domum vel vel casalinum iuxta murum civitatis et burgorum mediante via inter domum et murum vel casalinum possit munire super ipso muro sine contraditione alterius non obstante aliquo statuto alicuius volentis munire vel aliquam tenutam ab aliqua longa consuetudine habitam et receptam salvo et pleno refugio quod in muro civitatis super campum battalie ab ecclesia sancti donati de porta sancti petri usque ad ecclesiam sancti andree de porta sol. nullus in muro civitatis possit munire nec aliquod edificium facere iuxta eum. ¶ Item quod omnes per … habentes facere iuxta murum debeant facere pectoralia eorum expensis per totum mensem maii et iunii in ipso muro quantum tenet eorum trahit et capitaneus si neglexerint facere predicta per factum eis apponit vel capitaneus pro pecto solvat comuni pisano pro quolibet quantitate … c. soldos denariorum et nichilominus facere compellat. ¶ Item potestas et capitaneus aliquem mittere duos … ad revidendum muros civitatis et campi battalie mittere teneantur. Omni mense singulo quod predicta fracta invenerint potestas et capitaneus debeant assignare et tunc potestas et capitaneus quod super dictum est facere teneantur. Item cum murus civitatis quae est iuxta domum olim bonaventure de castelli et ecclesie sancte … de valle possit minari ruinam et ruine non prebeat succursum dicte aque civitatis que decurrit per pedem muri et labitur in fossatum cupe

et per pedem dictarum clusarum que non sunt in dicto fossato sicut consueverunt esse et dampnum comuni pisano incumbet … c. libras denariorum si non fierent dicte cluse. Statuimus quod tres cluse fiant a ponte cupe supra expensis comunis pisani pro conservatione muri civitatis et una sub ponte pro conservatione dicti pontis. Et potestas et capitaneus de mense maii et iunii et iulii predicta si facere teneantur. Et si ad predicta facienda fuerint negligentes solvat quilibet eorum de suo salario comuni pisano c. libras denariorum. ¶ Additum est huic capitulo quod quicquid continet istud statutum … super facto vene et aque ductus montis pagani sit firmum et observetur et servetur in hoc statuto cuius statuti … talis est tenor. ¶ Statutum et ordinatum est quod nemo accipiat vel removeat diruat vel vastet aliquid de opere laborerii conductus montis pagani facto et faciendo nec in eo dampnum dare presumat nec det quod qui contra fecerit c. libras comuni pisano solvere teneatur. Et si c. libras denariorum solvere non poterit … manum dextram a brachio capitis faciat detruncari. Quicumque autem dictum conductum devastaverint adeo quod cursus aque impediretur quod venire non possit secando murum aut devastando cannellos vel cannellum pluribus penam capitalem sustineat ita quod moriatur et syndici de predictis se nullatenus intromictant vel intromittere possint nec audeant nec aliquam … habeant et pater pro filio dictam penam et bannum c. libras denariorum solvere teneatur dummodo filius habeat xiiii annos ad minus et potestas et capitaneus quolibet mense teneantur inquirere de predictis et inquisitionem facere secretam et quilibet possit accusare et habeat medietatem c. librarum denariorum et alia medietas sit comunis pisani. ¶ Teneantur et potestas predicta et capitaneus predictum opus revidere totum quolibet mense cum duobus bonis hominibus per portam dum in predictis boni homines pro tali missione nichil habeant a comuni. Et si predicta potestas et capitaneus fuerint negligentes revidere dictum opus c. libras denariorum pro quolibet solvere teneatur. Et predictas autem inquisitiones facere debeant et teneantur et possint nullo obstante capitulo constituti pisani vel comunis. ¶ Item additum est quod fiat pectorale in porta sancti petri undique per homines habentes … supra portam expensis comunis pisani et in muro expensis hominum qui habent ibi domos a porta usque ad domum domini oddonis oddonis et orti … bonicelli que sunt in parochia sancti nicolai de porta sancte susanne et fiat

expensis comunis perusii. ¶ Item quod cum non debeat per
terram vel portam transseri comunis nec non portas civi-
tatis et burgorum et qui contra fecerit x. sol. den. pro vice
qualibet comuni perusii solvere teneatur et nichilominus potestas
cogat illum qui ipsas turres inpeditas locas proiecerit ele-
vare et ipsas debeat elevare sub dicta pena x.
sol. den. quam solvere debeat si non elevaverit eandem
proquam sit fuerit inpeditum. ¶ Item teneantur potestas
et capitaneus inquirere et inquiri facere a suis officiali-
bus circa iiii. (?) civitatis contrate portis civitatis de quibus
porta et fovearum ut assignetur procurentur vel procu-
rentur dicti … loca et si non assignaverint
quilibet eorum iii. x. sol. den. solvere teneatur. ¶ Item
quod potestas teneatur inveniri facere a suis officialibus vel
aliquo eorum circa muros civitatis et burgorum comunis
perusii et si invenerint aliquam cavam sive foveam iuxta
dictos muros ut supra continetur teneantur ipsas facere re-
di et postea quibus porta vadat pro se ad brevia
capienda quibus brevibus dandis sine fratres mino-
res vel predicatores vel sancti Augustini vel alii quidam
clerici religiosi [illegible] qui dominis seu capello de-
beant exhibere brevia et fratres dare debeant illis
qui missi fuerint ad brevia capienda et ille qui ha-
buerit breve signatum eligat officiale quem eligere
habeat bonum et ydoneum illius brevia recipiant
fratres debeant [illegible] presentes invenire possint
in consilio ad brevia [illegible]

possint ad brevia capienda. Sed non potestas et capitulum et familie eorum consiliarios ad capienda brevia intrare teneantur. Et si quis habebit electionem eligendi iudicem communis illum eligere debeat qui in scolis studuerit v. annis. Si vero plures erunt electionarii qui unum offitialem habent eligere si fuerint quatuor eorum in concordia electio eorum valere debeat et tenere contradicente altero non obstante. Et nemo qui fuerit in electione aliqua possit esse in eo offitio in quo habet offitialem eligere si electio brevibus fieret. Et si quis sic eligeretur vel clamaretur electio valere non debeat nec tenere.

Item nullus possit eligere patrem suum filium vel fratrem carnalem et etiam in eadem familia commorantem ad aliquod offitium communis faciendum et alio modo quam supradictum est potestas et capitulum nullum possint facere offitiales et si fecerint non habeatur pro offitiali et nullum salarium talis offitialis habere debeat a communi exceptis preconibus custodibus noctis notariis qui scripserit presens statutum et salvo eo quod dictum est de Michaele Iohannis Minia (?) Anglo et Bonicello et massario et eius notariis quibus hoc capitulum non preiudicet ad aliquod offitium non faciendum. Item dicimus statuendo quod quicumque habuerit aliquod offitium a communi pro quo sortem brevium non elegerunt suum exceptis habeat salarium sive non habeat a communi non possit habere aliud offitium medio anno in quo esset electus ad offitium faciendum si illud primum offitium acceptaverit. Sed illo suo uno offitio sit contentus. Et si quis offitialis acceptaret aliquod offitium in quo eligeretur quam illud unum offitium quod haberet debeat admittere illud ultimum offitium et solvere de suo communi pro pena x. lib. den. Sed si quis eligeretur in duobus offitiis vel pluribus similibus et offitialis electus aliquorum offitiorum ipsorum non acceptaret liceat ei acceptare ad quodcumque recipere unum ipsorum quod sibi magis libuerit exercere. Item nullus insuper hoc anno presenti possit habere offitium a communi in quo fuisset anno preterito nunc transacto. Sed aliud offitium habere valeat et tenere exceptis offitiis supradictis quibus hoc capitulum nequeat preiudicium generare et de hiis omnibus potestas et capitulum possint facere inquisitionem secretam et si aliquos contra fecisse invenerint cum in quantitate supra declarata debeat condempnare. Item debeant insuper potestas et capitulum penes se inscriptis habere

Item si quis ad aliquod offitium eligeretur ad quod exercendum insufficiens seu inpotens videretur potestas et capitulum tamen ante dictum offitialem inquisitionem facere plenariam vel secretam sicut eis vel alicui eorum fuerit postulatum et si aliquem offitialem invenerint insufficientem seu inpotentem ad illud in quo esset electus offitium exercendum illum offitialem debeant de offitio removere non obstante si ille offitialis exercere offitium iuravisset. Si autem quis offitialis fuerit electus ad aliquod offitium exercendum et illud offitium noluerit acceptare ad ipsum recipiendum offitium minime compellatur. Salvo quod hoc in ambasciatoribus qui locum nequeunt recusare. Si vero quis electionarius aliquem in aliquo offitio pretio elegerit de inde ad x. annos omnibus electionibus privetur et xxv lib. den. pene nomine solvere teneatur et ille qui pretium dabit vel dari faciat similem penam debeat sustinere cuius medietas sit communis et aliam habeat accusator. Et si quis elegerit aliquem in aliquo offitio in quo esse non possit ille qui erit electus de offitio debeat removeri et electionarius cum elegisset alium eligere non valeat sed ad penam de qua esset talis electionarius vel offitialis duret per unum annum et non plus excepto offitio Michaelis Iohannis Bonicelli Angli massarie ad quem pertinet qui sunt super nominati. **De electione iudicum communis Perusii et qualiter fieri debeat**

P(er) maius consilium civitatis et consilium capituli debeat eligi vi. iudices civitatis modo et ordine infrascripto quorum iudicum duo sint super questionibus x. lib. et ab inde infra et duo a x. lib. supra et duo sint super causis appellationum et executionum sententiarum et laudorum et annulationum faciendarum. Sextus iudex sit super causis extraordinariis et super iis omnibus civitatis et burgorum et comitatus et districtus Perusii quorum offitia durare debeant ab istis kalendis maii proximis ad alias kalendas maii proxime subsequentes quorum quilibet habeat xxx. lib. den. pro suo salario et ipsorum iudicum electio fiat hoc modo scilicet per alium iudicem fiant v. brevia in qualibet porta et si fuerint iiii eorum in concordia electio eorum valere debeat et tenere contradicente altero non obstante. Et nullus iudex eligatur in offitiali nisi de porta de qua esset electionarius et si eligeretur de alia porta electio sit nulla et pro offitiali nullus habeatur. Et predicti iudices questiones xx. lib. et ab inde infra summarie intelligantur et diffiniant [illegible] sic de ipsorum iudicum possit voluntate

88 37

Qualiter officialis non possit aliquem ponere loco suo

Quicumque officialis potestatis fuerit acceptus per potestatem ad aliquod officium faciendum pro communi Perusii, non debeat nec possit alium substituere loco sui pro aliquo officio faciendo in aliquo sive cum toto tempore sui officii, sed electus ipse officialis ad predictam de qua officialis fuerit remaneat, dummodo si pro certa temporis satisfiat de tempore quo steterit. Et addictum est quod potestas et capitaneus non debeant ponere nec mittere in consilio de substitutione alicuius officialis in loco alterius officialis, non talis officialis nec ad aliquod locum pro communi Perusii, vel non esset pro evidenti utilitate communis Perusii. Et si potestas et capitaneus contra fecerint, C libras denariorum pena nomine communi Perusii de suo salario solvere teneantur.

89 38

Qualiter iudices communis debeant consilium potestati et capitaneo communis Perusii

Iudices communis Perusii debeant bona fide sine fraude operam et consilium potestati et capitaneo exhibere ut observentur omnia statuta et ordinamenta communis et populi Perusii, et non ipsi iudices ea debeant observare et manutenere contra omnes et singulas personas in concordia et bono statu, et non tractare contra nec contra communis firmam nec ulli volenti firmam consentire. Et si aliquid contra facientem invenerint in consilio debeant propalare quam moram et causas coram eis proponentes vel aliquo eorum suscipere debeant nec in fraudem recusare, sed eas infra XL dies a tempore litis contestate debeant diffinire secundum statuta et ordinamenta communis Perusii et consuetudines approbatas non per partes, stetur certis diebus feriatis et feriis, et dare operam ad concordiam inter partes, et si falsos testes invenerint eos facere condempnari donec causationes receperint ab eis. Item quod potestas et capitaneus eos inter manibus habere valeant quando vellent, et credentias eis impositas a potestate vel capitaneo nemini debeant revelare. Dicta omnia causarum et dicta testium tenere secreta et nulli pandere donec fuerint publicata; non potestati et capitaneo vel eorum iudicibus superbis consilium postularet. Et consilia eis data tenere secreta et nulli pandere modo aliquo nisi notario cum scribit pro sententia ferenda, nec petere nec pecunia facere consilium ab aliquo aliquibus audientibus, nec aliquam partem aliquid scire possit excepto consulente fuerit et illud quod consultum fuerit secretum teneatur donec fuerit sententia lata. Et examinationem testium quibus cum fuerit non debeat dicere ac facere dictam. Et addictum est consuetudinem impedimentum quod comparere non possit, notarius iudicis de cuius sunt nec debeant receptum. Et ipse notarius testem iurare faciat quod iuramentum valeat sicut presente iudice fieret iuramentum. Sed si testes consuetudinem impedimentis fuerint in comitatu et coram iudice venire non possint, tunc ad illum testem recipiendum non debeat expensis petentis vel petentium dummodo tamen dictus notarius nichil accipiat pro scripturis faciendis, et nullum enxenium recipiat sive donum nec aliquid a parte tamen nec recipi faciat ab aliquo cum sui aliter nisi tamen iudex quam notarius eorum salariis debeant stare contenti et ultra non petere nec recipere ab aliqua persona durante eorum officio, et prohibendo consilio suspectos non petere ab aliqua parte litigantium coram eis sententias et interlocutorias proferre debeant. Et cum voluerint possit consilium recipere a iudice communis Perusii qui nichil accipere teneatur et debeat consilium fideliter et legaliter exhibere. Et possit tamen dicti iudices a partibus petere et recipere suspectos cum aliqua partium petere voluerit coram eis, et iudices expensis partis petentis dare debeant sapientem dummodo tamen iudex qui electus fuerit a parte qua petierit eum habere debeat pro suo salario pro centenario quolibet V solidos, et non ultra petere nec exigere possit. Et a C libris infra sicut capiet pro qualibet libra et ultra recipere non possit. Et iudices eorum officiis debeant superesse et facere omnia spectantia eorum officiis absque alio salario exigendo. Iudex vero contra faciens X libras denariorum pena nomine solvere teneatur, et teneantur iudices dare iudicibus cuilibet partium petentium iudicem coram eis sine expensis, qui super questione deliberare debeat dummodo partibus suspecti a partibus debeant removeri. Et hoc idem intelligatur et intelligi dicimus in omnibus et singulis officiis communis Perusii quod removeantur suspecti iudices dare debeant postulata. Et si aliqua partium dixerit se habere suspectos omnes iudices civitatis, remaneat in arbitrio iudicis quos sibi adeligendos iudices vel iudices de civitate quem vel quos voluerit super eo vel questione que ventilabatur coram eo. Ipsi tamen iudices maleficiorum non debeant advocare nec sententiare nec contra commune Perusii advocare seu aliquas allegationes facere non per se vel per alium sive certis diebus feriatis in quibus maleficiis iudices valeant advocare. Et si aliquis iudex contra predicta fecerit a suo debeat officio removeri et immediate

Infra quantum tempus possit sententia appellari

Siquis ab aliqua sententia dixerit appellandum infra .xx.
dies accipere interpositione appellationis decimum anteque
prius eam solvere teneatur et procedere mendum a iudex
quoniam cognoscere debeat si legitime cognovit appella
tur et ipsam causam diffinire et terminare infra .xx. dies post
quam appell[atio] [interpo]situm fuerit de veritate dictada
contra eo [ill...] parte non obstante diem diebus
feriatis [...] festivis vel expressis sicut quod
ita non procedat [...] quod inter dictum spatium causa
huiusmodi terminatur. Si vero appellans non solvit
decimum nec pignus miserit infra .xx. dies supra
nominatos et in causa non processit extunc appella
tio facta nulla admictatur nec appellans au
diatur. Et iudex appellationis sententiam a qua fuit
appellatum infra .xx. dies postquam requisitus fuerit aliquo
decimo executioni debeat demandare non permissis
seu tamen steterit quod decimum seu pignus recipe
noluisset et Iudex appellationis ipsam appellationem
admictant sicut eam fore cognovit admictendam
tamen permissis. Seu tamen contra decimum appellatus
recipere teneatur sive voluerit sive non. Et siquis in
aliqua causa duabus appellavit vicibus et tertiam perdat
in ultima parte et ad dictum statum suo decimam ante sol
vere teneatur et hoc locum habeat si decimum fuisset
missum in prima causa aliorum decimum solvere nulla tamen
teneatur et iudex quoniam teneatur cogere illam partem que de
cimum non solvit ad restituendum parti contingentes
ad solvendum de decimo soluto illi parti que decimum
persolvisset et hanc solutionem et restitutionem Iudex que
stionis fieri facere teneatur statim cum coram eo fuerit
postulatum sicut tamen prius propositum quin parte decimi
contra restitutum postquam decimum sit solutum. Iudex
autem appellationis possit in causa condempnationis condep
nare debitorem creditori in expensis in prima causa factis
a creditore sive ipsarum alio agente nomine creditoris.
Huic capitulo duximus adiungendum quod omnes iudices
communis perusii qui extra in officio iudicantur nec eorum nomine
tempore quo ius reddunt in aliqua ambasciata communis
non valeat proficisci. **De Iuramento iudicum communis perusii. 24.**

Nos iudices communis perusii iuramus ad sancta dei evangelia
gratia corporaliter facere offitia ad que eramus depu
tati bona fide sine fraude et observare quibus in suo officio
omnia et singula que spectant seu spectare videntur
ad ipsum offitium secundum leges et statuta et ordinamenta
et iuxta formam statutorum et ordinamentorum que tangunt
de ipso officio. Remoto odio amore timore pretio
vel precibus aliquo. Salvo quod sedere non debeant nec te
neantur ad ius reddendum quando fuerint maioris consilium ci
vitatis. **Infra quantum tempus probentur exceptiones**

Statuimus et ordinamus quod quicumque induceret et proponeret
et inducere et proponere voluerit in quocumque aliquas exce
ptiones dilatorias et declinatorias in dicto anti litis con
testationem debeat ipsas probare et probatis habere infra
tres dies et si super eas non probavit infra dictum tempus
Iudex vel assessor postquam libellus fuerit porrectus
coram Iudice a tribus diebus post contra faciet super libello
litem contestari et cogere debeat et cogatur et teneatur coge
re partes aliorum contestationes parare faciendo et si non fe
cerit auferatur sibi nomine banni pro communi .x. lib. d. de
suo salario et nichilominus debeat litem facere contestari
Et insuper cogatur eum reficere omnes expensas actori
et eum in propriis expensis debeat condempnare. **Qualiter
habeantur testes aliorum Iurisdictionis.**

Siqua quo nocelabitur in curia perusii in qua oporteat
aliquam partem inducere testes alterius iurisdictionis pot
et capitaneus seu iudex contra quo dicta quo nocelabitur
debeat suis licteris significare et requirere rectorem
illius terre de qua erunt testes quos aliquis inducere
vellet ad petitionem illius qui petet testium productionem
ut cogat illos videlicet testimonium perhibere super
intentionibus producendis et hoc intelligatur in civi
libus quoniam et non in criminalibus et ut dicta ipsorum
testium remictat eidem per fidelem notarium publicata
Ipsius rectoris sigilli munimine roborata et tunc cum licteras
destinatas potestas et capitaneus vel iudex quoniam debeat req
rere partem ausiliatur sive licet esse vel mictere ad videndum
iurare testes vel proponere intra sua. **Quot testibus
probari possit debitum esse solutum**

Ad probandum debitum fore solutum a .xxx. lib. denariorum usque
in .x. lib. denariorum non minus tres testes sufficiant. Sal
vo semper sicut continetur in contractu quod illud debeat
observari. **Qualiter nullus possit inducere suos
homines in testes**

Nemo possit inducere suos homines in testes pro aliqua
testificatione vel causa et ipsi homines non admictantur nec
recipiantur et si recepte fuerint non valeant eorum dicta nec
eis fides adhibeatur in causa hominis sicut habet ali
quis in quo causa eis credatur quod ad modum credit
dictis aliorum hominum liberorum

96 95 Qualiter advocati non debeant stare iuxta iud.

Nulli advocatorum cum diminuatur ambigua facta causarum liceat prope iudicem residere vel stare sive ipse proponat sive audiat proponentem.

Qualiter et quibus de causis possit fieri pugna et de pugilibus et eorum pretio

97 96 Item cum tam in prima quam in secunda que fuerit in manibus potestatis vel capitanei vel alicuius eorum vel illius vel illorum cui vel quibus commissit si aliquis partium produxit testes qui in totum vel in parte dixerint falsum vel falsitatem et altera pars voluerit testes vel aliquem eorum reprobare habeat potestatem defendendi se per se vel per pugillum. dummodo sit in providentia potestatis et capitanei si sit admittenda pugna vel non. Sive secundum sententiam defendere noluerit non habeat locum hoc capitulum in omnibus causis preterquam in exceptis superius constitutum. ¶ Si vero autem inter partes fuerit discordia quod una pars dicat quod nullo modo se defendere per se et alteram per pugilem sit in providentia potestatis et capitanei et officialis sub cuius examine questio fuerit et iudicum arbitrio quod faciat fieri pugnam secundum qualitatem personarum. Et si viderint pugnam esse debere et si pauper vel dives voluerit per se pugnam facere in probando vel defendendo pugnam fieri faciat secundum qualitatem personarum si viderint pugnam esse debere. Itaque illi qui debent pugnam facere vel pugnare sint unius qualitatis sine malitia et fraude. Sed si quis in probando vel defendendo primo acquisierit pugilem qui non sit illius qualitatis cuius erit pugil quem altera pars acquisierit semper durior et fortior debeat removeri. Pugna tamen possit fieri in causa .xxx. librarum et abinde supra secundum extimationem inter partes quando videretur quod res in extimatione venientes erant minoris vel maioris valoris potestas et capitaneus faciant extimari rem vel res de qua vel quibus agitur arbitrio duorum hominum quos potestas et capitaneus ponere debeant super extimatione sine malitia. Ita tamen quod non videatur litis contestatio de re vel rebus super qua vel quibus positi erunt extimatores dum fiet extimatio supradicta. Et cum pugna fiet super extimatione .xxx. librarum debeant partes pugillem invenire vel pugiles qui sint maiores .xx. annis. Pugiles non minoris temporis non admittantur. Pretium autem ipsius pugilis sic diffiniatur. Si questio erit ·c· librarum et abinde inferius usque in .l. libras debeat unusquisque pugil si ad recredutam venerit .xxx. libras denariorum habere et a ·c· libris inferius habeat pugil .xx. libras denariorum et minimum ad mandatum potestatis et capitanei habeat pugil in omnibus et singulis salariis supradictis et si pugil non venerit ad recredutam salarium sit arbitrio potestatis et capitanei pro quibus salariis et armis vendendis et inveniendis camerarius seu massarius communis accipiat bona pignora ab utraque parte que arma inter pugiles sortem brevium dividant et quod potestas et capitaneus invenire faciant sine fraude. ¶ Si autem fuit causa a ·c· libris supra quelibet pars possit habere pugilem si voluerit et illa pars que pugnam perdiderit solvat communi pro suis ·c· solidos denariorum. alia vero que obtinuit decimum quod in sua parte venit solvere teneatur sicut ad stingam venerint campiones sive pugiles et postea fiet compositio inter partes habeat curia decimam sive quotiens ab utraque parte ·l· solidos denariorum.

¶ Si potestas autem et capitaneus invenerit aliquem pugilem dolose fecisse aliquid contractum vel pactum inter se de non pugnando simul teneatur quilibet eorum solvere ·xx· libras denariorum si inter se illud pactum vel contractum non remiserit et pugiles in duello faciendo non possint se ungere nec habere corda impugnando. ¶ Statuimus quod aliqua pugna fieri non debeat de aliquo dampno dato a ·c· solidis inferius. De quantitate vero dampni dati a ·c· solidis supra in providentia potestatis et capitanei debeat remanere. ¶ Item dicimus quod aliqua pugna non fiat in civitate sed tantum in campo in quo consuetum est. Si ludus armorum seu armatorum et aliquis non descendat in dictum campum nisi steterit in finibus intus prout bannitum fuerit per preconem et quicumque post dictum bannimentum contra fecerit potestas et capitaneus auferat contrafacientibus pro quolibet ·x· libras denariorum et plus et minus eorum arbitrio prout eis videbitur faciendum. ¶ Item si aliquis pugil si voluerit super aliquam causam de faciendo causam vel non semper remaneat in providentia potestatis et capitanei inspecta semper negotii qualitate. De equiparatione vero pugilum remaneat in providentia potestatis et capitanei sicut ante quam pugiles veniant ad stingam quam postquam venerint ad stingam prout potestati et capitaneo videbitur faciendum. 97 98

Infra quantum tempus testes possint redargui de falso

Testes infra ·viii· dies post publicationem possint de falso redargui et abinde in antea redargui non valeant quod habeat locum in prima et secunda causa. ¶ Testes tamen producti super filiatione fratritate et matrimonio de falso reprobari seu redargui non valeant ullo modo. ¶ Additum est quod inter ·viii· dies post citationem et actionem possint testes de falso redargui et post dictas citationes ad unum mensem postea non probare et reprobationes

99 facere et similia facere et innovare potestas et capitaneus et iudices possint et etiam intrare. De iuramento notariorum iudicum.

Notarii iudicum teneantur quilibet in suo officio bona fide sine fraude dare operam auxilium et consilium potestati et capitaneo ad conservandum omnia capitula constituti populi et ipsi pro se observare quilibet in suo officio et manutenere commune populi et specialiter pro ipsi communis in pace et concordia et bono statu et in his dare operam nec dolo tractare quod sit contra bonum statum communis populi et defensoribus communis florentini non facere nec facienti consentire et si sciverint aliquem furtum facere potestati et capitaneo quam citius poterunt manifestare et omnes libellos et relationes presentationes interlocutorias et cetera similia et ceteram acta causarum inquisitionis scribere et ipsas publicare et successori restituere et omnes scripturas ad eorum officium pertinentes scribere et facere nec eas in fraude recusare nec alteri committere. Et eas partibus petentibus reddere sine pretio publicatas et statim contumaciter adiudicatum officium exercendo et omnes condempnationes eis impositas a potestate et capitaneo iudices seu consilio retinere attestationes et dicta testium secreta tenere donec fuerint publicata et cum testes receperint ipsos de causa interrogare debeant iuxta formam interrogatoriorum partis adverse et cum quando testes dissentiant lege vulgariter dictum suum ita quod testes bene intelligere valeant et non debeant ad recipere ultra salarium secundum concessum per statutum. Contrafaciens solvat pro vice qualibet x. solidos denariorum. Si vero aliquis acceptaverit aliquid ipsorum dare vel promittere ultra salarium secundum concessum intrat ille cui factum fuerit promissio in maiori consilio civitatis quam citius poterit publicare. Testes non deputate et districtui populi vere debeant ad causam civitatis partem tamen testimonium vitam expensis introducentis vel introducendi inspecta semper causa qua litem pertinet et teneantur notarii ea die qua testes coram eis fuerint assignati iuramentum facere et contra pro quanto poterit intrare. Sicut notarius iudicum habet suspectus ab aliqua parte ubi suspectio cetera cum dicitur possint iudices alii notarii testes committere. Et hec omnia et singula iurare debeant ad sancta dei evangelia observare remoto hodio amore timore pretio vel precibus aliter. Additum est quod postquam fuerit porrectum interrogatorium super intentionibus quod iudex cum quam recipiat testes debeat examinare interrogatorium et omne verbum quod sibi videbatur fore removendum de interrogatorio possit removere suo arbitrio et voluntate. Item quod non loquatur de suspitione notarii illud idem dicatur de iudice. Quod notarii non debeant stare in palatio communis nec in palatio ubi moratur capitaneus nisi ad discum iudicum et de pena.

Nulli notario liceat stare ad scribendum et ad artem suam faciendam et exercendam in palatio communis populi nec in palatio ubi moratur dominus capitaneus ad penam x. solidorum denariorum et quilibet possit eum accusare. Intellecto autem palatium et alia curia absque pena stare possit dum tamen non steterint ad discum iudicum aliquorum ubi debent notarii iudices commorari nec inter discum alicuius officialis communis populi et hoc intelligatur quando ad ius reddendum curie commorantur et iudices et alii officiales aliqui notarii ad eorum discum sedere quando ipsi stant ad ius reddendum aliquando non permittatur. Hoc tamen illos notarios qui sunt ad officia deputati nec ipsis notariis committantur aliquas scripturas nisi de expressa voluntate contrafacientes cum officiales quam notarii qui sedent ad discum vel quam dictum est x. solidorum denariorum pene nomine solvere intrat cuius bannum medietas sit communis et aliam habeat accusator et de hoc potestas et capitaneus possit inquisitiones facere omni mense et condempnare valeat pro eorum. Et possint tamen notarii cum erunt vocati vel ducti ab aliquo cum faciendi vel exemplandi aliquam scripturam stare ad scribendum in palatio supradictis. De electione notariorum xx.

Duodecim notarii populi civitatis forte brevium eligantur quorum duo sint cum quolibet iudice ad x. libras super et duo sint cum quolibet iudice super quibus x. libras et abinde inferius et duo sint cum iudice appellationum et alii duo sint cum iudice super causis extraordinariis et super ipsis et ex ipsis eligantur in quolibet porta. Et habeat et habere debeat quilibet pro suo salario a communi populi xv. libras denariorum. Et unus non notarius qui erit cum suo iudice scribat et scribere debeat omnia et singula acta causarum que agitata fuerint coram suo iudice et omnia ad suum officium pertinentia. Itaque alii notarii non committatur scribenda. Aliter non notarii ipsi iudicis cum acta facta pro petentibus vel partibus petentibus debeant exemplare et sint sine pretio restituere publicata infra viii. dies postquam fuerint postulata notarii contrafacienti et non observanti predicta ut dictum est potestas et capitaneus xxv. libras denariorum pene nomine tollere intrat et de hoc credatur iuramento illi vel illorum qui suas scripturas predictas postulabunt

Qualiter massarius et eius notarius eligantur et de eorum salario

102 Potestas et capitaneus cum consulibus artium et aliis omnibus hominibus quos vocare voluerint teneantur et debeant quando fient alii officiales communis Pergami vel quando decreverit eligere unum bonum ydoneum et convenientem massarium pro comuni qui sit homo secularis et qui eligatur ad brevia et pro vj menses qui massarius habeat duos notarios et eligantur per ut massarius eligetur unus quorum notariorum scribat omnes introitus communis et alter scribat omnes expensas et primi scribat sive misti scribat omnes alias scripturas ad massarie officium pertinentes. Et habeat dictus massarius a comuni Pergami pro suo salario et proventibus suis xx lib. denariorum et notarii xv lib. denariorum quibus salariis sit contentus itaque nichil aliud debeat habere toto tempore officii eorum et finitis vj mensibus officii predicti alius massarius et alii notarii pro aliis vj mensibus eligantur modo et ordine supradicto.

De fideiussoribus dandis a massario.

103 In principio sui officii massarius teneatur si consilio placuerit dare iiij bonos et ydoneos fideiussores de obediendo preceptis potestatis et capitanei in eo quod fuerit utilitas communis Pergami et pro avere communis Pergami custodiendo recipiendo et restituendo. Qui massarius stare debeat continue in camera communis Pergami ad eius officium exercendum nec audeat se intromittere in aliquo officio non tenetur ad recipiendum denaria et alias pecunias communis predicti prout sibi iniunctum fuerit a domino capitaneo cum mandato et non aliter expendere et expensas facere teneatur.

De monetis recipiendis a massario communis

104 Teneatur massarius recipere pro quibuslibet introitu communis bonos denarios Pergami et terzolos et non aliam monetam et illas monetas quas recipiet solvere debeat officialibus communis Pergami et omnibus aliis personis habentibus recipere a comuni et non alias et illam monetam quam recipiet apud aliquem non deponat ut inde valeat ullo modo. Sed sicut ipsas recipiet ita eas expendere teneatur. Et contra non vel acciperet illam monetam teneatur potestas et capitaneus pro vice qualibet auferre pene nomine x lib. denariorum. Exceptis salariis potestatis et capitanei quorum solutio fieri debeat in pecunia. Qualiter massarius recipiat decimam et alios introitus. R[ubrica].

105 Decimam et omnes et singulos introitus communis massarius recipiat et recipere teneatur et istam nullo modo debeat recusare et recipere debeat de debitis negantis aliqualiter pro vj denariis pro qualibet libra et pro quolibet foculari comitatus Pergami iij solidos denariorum recipiat et omnes condempnationes que fient hominibus civitatis et comitatus Pergami et ipsos introitus scribi faciat in quaternis sine aliqua diminutione vel subtractione. Prout notarius debebit scribere introitus et ipsos in consilio debeat assignare cum reddiderit rationem et si fuerit negligens ad predicta L lib. denariorum pene nomine solvere teneatur. Et in duplum teneatur restituere si non assignaverit vel non scripserit et potestas et capitaneus eum inde condempnare teneantur et tollere dictam penam quam si tollere obmiserit potestas et capitaneus sindicus eis dictam penam tollere teneatur et omnes et singuli introitus et pignora ad manum massarii et non perveniant quod debeant pervenire nec ipse faciat pervenire et si non fecerit potestas et capitaneus xxv lib. denariorum pene nomine auferat pro quolibet. ¶ Item teneatur massarius facere omnes expensas presente suo notario qui erit ad scribendum expensas ipsi massario deputatus et aliter facere non attemptet et prout expedierit scribi faciat in continenti et scribendo notarius et dictus massarius debeat habere copiam omnium officialium civitatis et electiones ipsorum in quo dicitur quaterno. Et quando massarius faciet solutionem alicui officiali de suo salario scribi faciat per eius notarium in pede electionis ipsius officialis quantitatem pecunie sive salarii pro soluta. Et consimiliter ponat in aliis quaternis omnes et singulas ambassiatas communis Pergami et ambassiatores ipsius et nuntios qui ibunt in ambassiatis et quot diebus steterint. Et si quis non assignaverit ambassiatam quam fecerit non debeat sibi fieri solutio nec aliquid a massario consequatur. ¶ Item si massario preceptum fuerit a capitaneo quod solvat alicui quantitatem pecunie quam debet recipere a comuni infra viij dies post preceptum sibi factum solvat et solvere teneatur. Et si contra faciet capitaneus xl sol. denariorum pro qualibet vice tollere teneatur. Et potestas et capitaneus non possint cogere massarium ad expendendum aliquid quod non pervenerit ad manus massarii supradicti. ¶ Item teneatur massarius plicam instrumentorum de qualibet solutione quam fecerit per notarium supradictum et si contra fecerit xxv lib. denariorum pene nomine solvere teneatur. Et si massarius recepit aliqua pignora pro comuni ea pignora bona recipere teneatur pro illis quantitatibus quas habeat recipere itaque commune Pergami non fallet. ¶ Item additum est quod cum statuto isto debeat concordare.

Qualiter et quanto tempore massarius conservet pignora et
105 pecuniam que vel quam recipiet pro condempnationibus

Massarius teneatur recipere et conservare pignora et
106 pecuniam que vel quam recipiet pro condempnationibus
massariorum precium postquam receperit et eam
non expendere et infra viii dies fuerit depo
sita que nomine condempnationis ab illo pro quo
fuerit recepta pignora vel pecuniam tene
at ea vel eam conservare quousque lata sententia
syndicus communis Perusii Et si massarius absolutus
fuerit vel sententia seu condempnatio pro communi Perusii per sin
dicos confirmata fuerit possit per massarius ipsa
pignora et pecuniam expendere pro communi sicut aliud lucrum
et alios redditus communis Si vero massarius fuerit condempna
tus ipsa pignora sive pecuniam infra tres di
es post latam sententiam teneatur restituere illi vel illis
contra quos fuerit massarius condempnatus Et
sindici teneantur ipsam sententiam quam tulerint executioni
mandare Et hoc capitulum potestas et capitaneus in maiori
consilio civitatis Perusii semel omni mense legi fa
cere teneantur Qualiter massarius notificet capitaneo pecuniam
106 quam recipiet a condempnatis

107 Cum massarius communis Perusii receperit denarios a condemp
nato vel condempnatis incontinenti notificare capitaneo
teneatur illos a quibus facta est solutio ut post solu
tionem factam condempnati nullum sustineant detrimentum
et eis bailitores non mittantur. De ratione reddenda

107 Qualibet mense duobus diebus ante kalendas sequentis [illegible]
108 mensis teneatur massarius communis Perusii potestati et capitaneo
et capitaneo in maiori consilio civitatis omnes et singulos
introitus et expensas quas fecit pro communi occasione sui
officii assignare et omnes quantitates denariorum libe
llorum qui ei missi fuerint a iudicibus scriptas in quaternum
per suum notarium sine diminutione vel subtractione scribi fa
ciat et de expensis in eodem consilio debeat reddere rationem
legaliter minutatim seu distincte et non summarie Et
tam introitus quam expensas in consilio assignatas et a
ssignatos in uno quaterno vel pluribus per suum notarium
scribi faciat et autenticari ut periri non valeant
nec minui. Et tamen ante quam ratio in consilio re
ddatur rationem in consilio faciendam sint tres viri
boni et legales capitanei et duo mercato
res qui tribus diebus ante kalendas mensis sint cum dicto
massario ad faciendam rationem minutatim sicut actenus
est consuetum et hoc fiat coram capitaneo et talis ratio

facta reducatur et legatur in maiori consilio civitatis
et quilibet dictorum mercatorum et consulum habeat unum librum
sigillatum sigillo quo voluerit et unum habeat capi
taneus ne malitia seu fraus possit committi et quilibet
ipsorum mercatorum et consulum quando ratio fiet pro ipsa
ratione reddenda habeat xii denarios a communi Perusii 108
De Juramento massarii 109

Iuret massarius in maiori consilio civitatis ad sancta
dei evangelia facere et adimplere bona fide sine
fraude omnia et singula que continentur in capitulo de suo
officio et que ad eius officium spectant et spectare vi
dentur remoto hodio amore timore pretio vel
precibus spe alicuius lucri vel dampno ipsius massarii vel al
terius cuiuscumque Qualiter notarius massarii scribat introitus 109
et expensas et stet ad eius officium faciendum 110

Duo notarii qui esse debent cum massario communis scribere
debeant et teneantur omnes et singulos introitus qui pervene
rint ad manus dicti massarii in quaternis et omnes et sin
gulas expensas quas dictus massarius fecerit
pro communi et scribere ac facere teneantur omnia que ad eorum offi
cium pertinebunt et dicti notarii assidue sedere debeant
cum dicto massario ad suum officium exercendum qui faci
ens pena nomine x solidorum denariorum pro qualibet vice communi Perusii
solvere teneatur nisi iustum impedimentum dixerit assi
gnandum. Et dicti massarius et notarii eorum salariis
sint contenti et plus non recipiant nec recipi pro
mittant occasione eorum officii vel occasione custodie alicuius
vel alio modo. Massarius non pignora et denarios que et
quos receperit illesa et illesos conservare penitus te
neatur. Item teneantur notarii supradicti facta et reddi
ta ratione in consilio dare potestati et capitaneo consulibus
camerariorum involuerint copiam omnium et singulorum introituum
et expensarum quos dictus ille pervenisset ad manus ma
ssarii et quas idem massarius fecerit absque aliquo
pretio vel salario et si fuerint negligentes solvat quilibet
eorum communi Perusii pro pena qualibet vice C solidos denariorum Et hec
omnia iurare debeant in principio sui officii observ
are bona fide sine fraude remoto hodio a
more timore pretio vel precibus alicuius Qualiter notarii massarii
scribant et autenticent scripturas ad eorum officium pertinentes 110

Notarii massarii scribant et scribere teneantur teneantur
per se et non per alium omnes scripturas que ad eorum
officium pertinebunt et eas autenticas restituere
teneantur illis personis quorum scripture fuerint
infra viii dies postquam fuerint requisiti absque

sine fraude per quos supradictus reddendis nichil acci-
piat ab aliquo per se vel per alium et si contra fecerit possit eum
potestas et ei auferre pene nomine .C. solidos et teneatur
dictus notarius dare securitatem de hiis sic faciendis coram
consulibus et aliis personis sine precio et notarius qui fecerit te-
neatur solvere dictam penam. Qualiter puniantur massa-
rii et notarii mutantes et pervertentes eorum scriptu-
ras autenticas

112 Si massarii, iudices et alii officiales vel eorum notarii fue-
rint inventi in aliqua mutatione vel perversione eorum scrip-
turas autenticas possit potestas et capiat et teneatur mutan-
tem vel pervertentem auferre pene nomine .C. libras denariorum et in con-
silio speciali et generali quantocius poterit publicare.
De electione officialium super dampnis datis.

113 Super officio dampnorum datorum .a.v. solidis
inferius et super excolendis constituantur .v. boni homines
scilicet unus de qualibet porta et unus notarius civitatis
per sortes et duret eorum officium a kalendis madii proxime venturi
ad .vi. menses completos. Et pro aliis .vi. mensibus
.xv. diebus antequam eorum officium finiatur in eodem officio
fiant .v. alii boni homines scilicet unus de qualibet por-
ta et unus notarius cum eis eligantur ad brevia sicut alii
officiales communis per sortes eliguntur. Et si dicti officia-
les bene et legaliter eorum officium non fecerint vel
in eo fraudem commiserint tam in massariando et dando
partem communi quam in inscribendo possit et capiat eos
de officio removere eorum arbitrio loco eorum totidem ordina-
re. Et teneantur dicti officiales in consilio cum massariis
reddere rationem et assignare totum id quod ceperint vel aliquis
eorum pervenerit occasione dicti officii quandocumque et quacum-
que et cum medietatem dare massariis pro communi et aliam
medietatem pro se ipsis debeant retinere. Et dicti officiales
seu aliquis eorum per contumaciam rem non debeant occasione sui offi-
tii. Sed baiulatores autem curie debeant predictis de quibus
querimoniam receperit. Et si dicti dampnorum da-
torum stare debeant contra suprascripta ... eorum
dominorum ... per .vi. mensibus post dictum ...
non debeant ... Qualiter dicta
pena debeant emendari et qualiter puniri debeant
dampna dantes et quis iuret

114 Si probatum fuerit dampnum datum esse per duos testes
ille qui dampnum dedit vel dederit si dampnum fuerit
.a.v. solidis inferius dampnum passo in duplum debeat
emendare et tantundem nomine pene ipsis officialibus
communi pro parte solvere teneatur. Et si non probaret

ut dictum est stet iuramento illius qui dampnum passus est vel
qui maior domus iurare debeat et si maior domus iurare
noluerit tunc teneatur se defendat suo iuramento. Quando
autem stabitur iuramento maioris domus emendet dampnum
... quantum ... extimaverit .a.v. solidis inferius et
teneatur dicti officiales per se et communi ab eo tanto seu ab
illo qui dampnum dedit vel dederit auferre teneatur et si de
duplicibus predictis conquererent et voluerint pro testes probare
et maior domus voluerit iurare ut dictum est teneat
pro quibus ... fuerit iuramentum. Set si accidit
noluerit iurare contra illos de quibus conquerent non te-
neatur. Sed possit iurare contra quos voluerit se excu-
sare propter senectutem quod in ... vel ... qui non iuret
sed quoniam post aduirando non cogatur set iuret alius
maior domus qui fuerit in domo si iurare noluerit.
Eius autem vel rei contra que vel quos iuratum fuerit non
possit eundem qui iuraverit contra eum revenire nec super
eum iurare tamen ad unum mensem nec pro toto ipsius mense.
Et additum est quod si laborator colonus seu fiuliatus seu
famulus seu famula seu alia quacumque persona alicuius de
seu aliquorum dominorum si fuerit fuerit minor .xxv.
annis et invenerit aliquem vel aliquos dampnum facientem
vel facientes possit iurare contra eum vel contra eos et ad
inventa debeat adiuvandi ab officialibus dampnorum
datorum et pro illius iuramento condempnetur ille contra quem iura-
tum esset sicud condempnaretur pro iuramento illius cuius res
esset in qua dampnum datum esset et condempnato va-
lere debeat et tenere et exigi debeat nec valeat
revocari aliquo modo sive etc. Qualiter recipientes iura et
actores de dampno dato non audiantur

115 Recipientes iura et actores de dampno dato ab aliquo
vel aliquibus nullatenus audiantur sed tamen ille cuius res
fuerit audiatur et audiantur tutores pupillorum et
curatores adultorum et laboratores et coloni et famu-
li et famule et fiuliatos similiter audiantur. Nullus
tamen audiatur nec intelligatur tempore feriarum estatis et
vindemie. Sed dicti officiales tali tempore conquiescant
nec tunc intelligantur aliquem conquerentem ... tamen
quod inmolendinariis non sint ... Et si contra fece-
rint quilibet illorum communi per sortes ... .xx. solidis pe-
ne nomine solvere teneatur. Qualiter officiales dam-
norum datorum suprascripti predictis acceptum et defendentium

116 Officiales dampnorum datorum predictos acceptum ius
percipere debeant ... verum sit ei dandum iura-
mentum ... et hec debeant observare ...

mocto odio amore pretio vel precibus spetiali licet vel dampno non obstante aliquo capitulo constituti · Saluo eo quod inferius dicitur de bestiis Et dicti offitiales quas et condempnationes et absolutiones eorum offitii consilio quando alie condempnationes fuerint facere teneantur et litteras condempnationibus dampnorum datorum dare magistro meo consilio Summa que contingit comuni antequam consilium separetur ne comune decipiatur et hoc facere penitus teneatur

Additum est quod quicumque deuuitate seu comitatu fuerit ab aliquo accusatus Coram dominis dampnorum datorum quod ipse sciat illum vel illos qui ei conquerenti dampnum dedissent vel dedissent dicti domini dampnorum datorum a v solidis inferius constituti · debeant illum facere iurare Si sciat illum qui dampnum dedit et si ille noluerit iurare dicti domini dampnorum datorum possint et debeant ipsum condempnare quemadmodum condempnaret illum vel illos Superquo vel quibus iuramentum esset contra eis Si uero Iurauit et assignauit seu dixerit aliquem vel aliquos dampnum dedisse dicti domini dampnorum datorum illum vel illos debeant condempnare pro dampno dato a v solidis inferius condempnaret Qualiter puniatur dampnum datores cum bestiis

117 Quicumque dampnum dabit alteri cum aliqua bestia in uinea orto vel bladis et arboribus vel sepibus vel meis bestias immiserit potestas et capitaneus teneatur ei auferre pene nomine pro qualibet x solidos Si fuerit de nocte Si uero de die v solidos exceptis pecudibus de quibus soluat pro qualibet pro qualibet pecude vj denarios de die et de nocte xij denarios pro porco quoque pullo et callinacio seu ansere pro qualibet xij denarios et hoc credatur iuramento domini rei Seu laboratoris ipsius seu alterius familiaris eius Qualiter puniantur intrantes uineam ortum et cetera

118 Siquis intrauerit uineam ortum vel agrum siluam vel alterius rem aliquam quacumque alterius sine licentia domini rei si erit de die xl solidos denariorum si erit de nocte C solidos denariorum pene nomine soluere teneatur si erit inde porta que rimonia et hoc iuramento accusatoris credatur. Et siquis miserit equum ad strictum vel iumentum quod vel quod dampnum fecerit si erit de die pro qualibet xl solidos denariorum si erit de nocte C solidos denariorum pro qualibet soluere teneatur et dampnum patienti teneatur in quadruplum emendare a xxv solidis inferius si aliquid fuerit

Et si aliquis incidit alterius vel alius inciderit aliquam intrare vel dampnum dare in bonis incidi vel alterius

assignare teneatur potestati vel domino rei Et potestas faciat bannum per quolibet mense semel de die sabati quod si incidi vel quis alius uiderit aliquem dare dampnum vel rem alterius intrare per iuramentum nomine instrumentum et dampnum datum si vel domino rei debeat assignare · · ·

Statutum quod si aliquis denuntiabit et accusabit aliquem de aliquo castro seu villa de dampno dato inciduntur in contrario non habuerit terram vel uineam vel aliquod laborerium soluat pro qualibet C solidos denariorum comburendo ei domum vel domos paleariam vel metam bladi molendinum seu gualkeriam lignorum coadunatum vel scindendo domum aut incidendo vineam seu vineas seu arbores fructiferas scilicet oliuas malos ficus nuces cerasias vel alias arbores fructiferas vel non fructiferas scilicet populos salices albanos Quercus vlmos esculos vel quandam alias arbores in singuli vel in plurali numero vel interficiendo vel uulnerando bestias que non irent ad strictum seu faciendo furtum de blado marca vel meta seu in campo seu dando dampnum in hortis sepibus et similibus Et si dampnum fuerit a C solidis supra potestas et capitaneus teneatur malefactori auferre pene nomine · L · libras denariorum et dampnum patienti teneatur in quadruplum facere emendari a malefactore Si uero dampnum fuerit a C solidis inferius usque in xx solidos potestas et capitaneus auferant ei nomine pene x libras denariorum et emendet dampnum patienti et si soluere non poterit x libras denariorum auferant ei quantum plus poterit et stare insuper debeat in carcere donec soluerit dictum bannum Et si dampnum fuerit a xx solidis inferius usque in v solidos auferant ei C solidos nomine pene et dampnum emendari faciant patienti Et si fuerit dampnum a v solidis inferius usque in xij denarios auferant ei v solidos Et Si malefactor soluere non poterit dictam penam potestas et capitaneus eum ligari faciat ad catenam ad quam tunc eis placuerit faciat commorari Si quando fuerit eis liquido hoc fecisse et si probatum non fuerit testibus vel sua voce conuictus defendat se suo Sacramento et si adversarius dixerit quod sit periurus et quantitas fuerit a v solidis supra tunc defendat suum iuramentum quod si facere noluerit pro confesso habeatur et dampnum in quadruplum a malefactore potestas et capitaneus patienti dampnum emendari facere ·

teneatur. Si quantitas fuerit .xxx. librarum et infra. ¶ Si quis de civitate nostra aut de nostro districtu dederit auxilium consilium vel favorem aut refugium talibus hominibus, substineat eandem penam quam malefactor substinere deberet. Et quicumque viderit dampna maleficia vel dampna privata dari teneatur prohibere ne fiant et ipsum maleficum capiant si capere poterit in dampnum faciendo. Si vero dampna paciens non poterit emendari a malefactoribus et dampnum datum fuerit ab uno miliario intra usque civitatem et non fuerit in aliquo plebeio et fuerit .a. v. librarum supra. Camerarius seu massarius communis dampnum pacienti de avere communis emendare teneatur si huiusmodi valeat eis satisfacere et intelligatur miliarium sicut in inferiori capitulo continetur. ¶ In porta qualibet civitatis vel tamen quod quantitas dampni declaretur per tres bonos et ydoneos viros ubi dampnum datum est eorum iuramento et dicant eaque dixerint certa conscientia et visu. Sed si camerarius sive massarius non habuerit unde satisfacere tunc potestas et capitaneus inde teneantur ei vel eis qui dampnum sustinuisset accipere soldare et emendare et concedit in hoc modo s. quod faciant pacienti dampnum .a. v. librarum supra istam summam communem perusii ad quantitatem ipsius dampni et commune perusii ipsius dampnum ei vel eis emendare ac solvere teneatur. Sed concessione facta quam pro fuerit pecunia in communi si .a. v. librarum inferius emendetur dampnum pacienti suo iuramento ab hominibus castri vel ville in cuius pertinentiis datum fuerit sive fuerit datum in pertinentiis castri vel ville quod vel que in aliquo plebeio non extiterit. Si vero dampnum aliter erit datum in aliquibus bonis .a. .xx. librarum infra usque in .x. libras sufficiat probo unius testis tantum et quod dampnum dedit comprehendetur. ¶ Additum est quod potestas et capitaneus et quilibet decetero seu aliter eorum familiis de maleficiis dampnorum datorum seu de dampnis datis de nocte seu tempore noctis et que tempore noctis dicerentur data penitus inquirere teneantur. Et si de aliquo erit publica fama quod dampnum de nocte fecisset illum valeant tormentis per inveniendo negotii veritate. ¶ Additum est quod concordia valeat si de dampnis datis ut malis maleficiis et quod intelligatur si dampnum fuerit a .c. librarum supra et a .c. librarum inferius non debeat tormentari nec in tormentis poni ullo modo. Diffinitio miliariorum

[I]nfrascripta sunt miliaria designata que mensurata fuerunt per massarium communis electum a potestate ad faciendum mensurationem miliarii per consules ad voluntatem maioris consilii civitatis perusii et fuit designatum et mensuratum miliarium ad mensuram .ɔ. cclxxv. passuum per singula miliaria incipiendo ad portam burgorum et eundo versus comitatum civitatis predicte que mensuratio facta fuit tempore domini aldigerii de enzola potestatis perusii et domini peregrini capitanei communis et populi perusii sub anno domini .ɔ. cclxxiij. indictione prima tempore domini gregorii pape .x. 119

Diffinitio miliarii in porta Solis 120

[I]ncepta fuit mensuratio miliarii per massarium communitatis supradictum qui mensuravit miliarium in porta Sol' incipiendo ab angulo domus benvenute bonodi iuxta portam sancti benedicti que protendit et vadit miliarium usque ad angulum vinee aldrebandini vestitudini et antonii bonabenencii mediante via et ab alio ugolini bonipotii. Item mensuravit miliarium in dicta porta incipiendo a porta qua itur ad sanctum benedictum et protendit et vadit miliarium ab ea porta usque ad capitulum corradi domine contentine que stat prope vineam magistri gentilis desuper tenet Jacobus buccoli

Diffinitio miliarii in porta Sancte Susane 121

[I]n porta sancte susane massarius predictus miliarium mensuravit [illegible] in qua porta incipit miliare ad portam que stat iuxta sanctum mustiolam et protendit et vadit ad tulum. Diffinitio miliarii in porta sancti angeli

quolibet genere armorum ut supra scriptum est. Et
albergator seu ille cuius domo esset hospi
tatus teneatur eum amonere dicto die quod si
non fecerit puniatur albergator et ille cuius
domo hospitaret forensis illa pena qua
dictus forensis debebit puniri
¶ Quicumque non permisit scrutinari de armis a fa
milia potestatis vel capitanei intelligatur habere arma
vetita ad offensionem et possit condempnari de
illis armis tamquam esset ei inventa. Sicut aliquis
affugeret quando familia potestatis vel capitanei vellet
cercare de armis et affugeret ita quod cercari non
possit propter fugam ipsius eodem modo puniatur
ac si arma ad offensionem reperta essent eidem.
Et si aliquis deferens arma proiecit ipsa in terra
vel in porticum aut stationem vel domum alicuius
puniatur eodem modo pro ipsis armis ac si re
perta essent penes eum et ille cuius apotheca
vel domo dicta arma proiecta fuerunt si non no
minaverit et assignaverit et denumptiaverit illum
qui proiecerit teneatur solvere dictum bannum quod si fe
cerit ad bannum nullatenus teneatur. ¶ Quando dicta
arma proiecerit in terram vel sub bancho vel in alio
loco extra domum et ipsa arma inventa fuerint per
familiam potestatis vel capitanei intelligatur dicta arma
esse et fuisse illi qui erit propinquior illis armis
tunc et de ipsis possit condempnari. Et si plures
essent prope ipsa arma condempnentur omnes de ipsis
armis nisi nominaverint et dixerint illum cuius fuerint
dicta arma et tunc condempnetur solummodo ille nominatus
et alii absolvantur. Et credatur de predictis omnibus
familie potestatis vel capitanei sicut ipsa familia erit
aliquis ex militibus iudicibus vel notariis ipsorum.
¶ Super quibus omnibus potestas et capitaneus et quilibet eorum
possint condempnare omnes et singulos qui reperti
fuerint per familias ipsorum vel alterius eorum por

tare arma vel supradictam formam infra octo dies
post ipsam inventionem sub pena et banno xxv. li-
brarum et credatur familie eorum sine alia probatione
si fuerit ad ipsam inventionem aliquis ex iudicibus mi
litibus seu notariis potestatis vel capitanei alioquin credatur
accusatori seu denumptiatori cum duobus testibus et
syndico communis potestatis de ipsis condempnationibus que fient
occasione ipsorum armorum se intromictere non possit nec
cognitionem habeat ullo modo
Qualiter terrenum bagnarie deveniat in commune. 355
De iam et ordinamus quod terrenum de bagnaria deveniat
in commune potestatis salvo iure aliorum potentium ius ha 356
bentium in terreno predicto
Qualiter puniatur qui inventus fuerit post tertium so 356
num campane
Statuimus et ordinamus quod siquis inventus fuerit post tertium so 357
num campane que pulsatur per custodia noctis per
potestatem vel capitaneum vel eorum familiares sive per custo
des noctis si fuerit miles vel filius militis
solvat pro pena pro nomine xl. solidos denariorum si fuerit pedes
xx. solidos denariorum solvere teneatur unicuique custodi nec
credatur salvo quod quando aliquis iret pro clerico pro in
firmo vel alio casu fortuito vel alia evidenti
necessitate que appareret hominibus vel quod veniret aliquis
de domo alicuius de banno solvendo vel non re
maneat in providentia domini capitanei visa persone hominis
et negotii qualitate. ¶ Item quod fornarii et forna
ric et eius familia ad recipiendum panem et portandum
ad furnum et reportandum ad domum alterius ad
omnem horam ire possit sine aliqua pena
¶ Item quod teneantur ad penam homines civitatis et bu
rgorum ad tres domos prope domos eorum post
tertium sonum campane dum modo inventus bis in
ventus sit vel sint bone fame et bone conversationis
¶ Item quod campana populi que est in turri palatii domini
capitanei pulset in sero et in mane pulsato matu
tino sancti laurentii. Ita quod quilibet ire possit se
cure per suis factis et quod ante sonum de matutino
de mane nullus per civitatem et burgos vadat
sub dicta pena. ¶ Ille autem qui tenget tinti
nabulum per tempore de nocte debeat iacere et cu
biculum habere in dicta turri et ipsum tintinabulum
pulsare debeat tantum cum retoccis quod bene
possit ire accipere burgi sancti angeli usque ad 357
finem burgi sancti petri. De monetis ponderis
et de penis contra facientium 358

ad... si ... sunt ... ne veniat ad penam.

Ut male monete cessaret et ne fieret in futurum
et que sunt facte posset pro melioribus tolli. Dominus
potestas providit ut predictam sortiret effectum mone
tis cudi facte papariinis debet quod perusii cum
tis fuerit et suorum civium in depreuntia providere.
ad que ita ordinatum statuimus quod quicumque civitatis vel
universitatis vel homines vel spetialis persona monetam de
teriore seu deteriorem valoris novam ab ho
die antea fecerint quam sunt paparini
illam pertinentem prohibentem quod in civitate perusii com
itatu qui est curia et districtu cursum habere non po
ssit nec expendi valeat ullo modo. Sed eam
exnunc pro falsa manifestam judicamus. Pe
na que facienti taliter ordinatos quod quicumque in
ventus fuerit per fortiam et districtum perusii civitatis
ne cum bulzone ferro argento plumbo vel
ramo vel alia re que ad monetam pertineat
ad bulzonum in quo deterior haberet prodat ei
quod potuit quarum rerum medietas sit comunis et
alia accusatoris. Item quod quicumque ad civitatem
predictam aliam monetam novam potuit quam papa
rinos quod ab hodie antea ut supra dictum est ba
ctaret ut falsarius puniatur. Et ad omnes
penam presenti illi de eo tonio teneantur et de his
syndici comunis perusii sensullatem intromictant.
Et potestas et capitaneus in principio sui officii faciat ma
ius consilium congregari et presens capitulum legi facere
teneat et si quod ipsi videbitur vel licteras vel
ambasiatores illas civitates loca et univer
sitates et homines et personas que videbuntur consilio
requirim faciat et hoc manifestare aperte et
cives et homines iure eorum a predictis se debeant ab
stinere. Nam si contra hoc capitulum fecerint taliter
puniret ut pena sit hominibus manifesta. Et
si potestas et capitaneus hoc facere fuerint negligentes
solvat quilibet .C. libras denariorum cum in pena aufe
renda quam omnibus obstruandis. Qualiter pu
niatur extrahentes bladum vel alia comestibilia ex
districtu perusii sine licentia potestatis et capitanei.

358

359 Statutum et ordinatum est quod nullus extrahat vel
extrahi faciat aliquod bladum vel aliqua alia vi
ctualia seu comestibilia extra districtum perusii sine
licentia potestatis vel capitanei et qui contra fecerit solvat
pene nomine et banni comuni perusii .xxv. libras denariorum ad
mictat bladum et alia victualia seu comesti
bilia que extrahere presumpserit et bestias deferentes

et de his accusator habeat medietatem. Et hoc addito
quod si duo custodes electi aut duo alii asiumi
verint suo garzone aliquam vel aliquos ducere bladum
vel aliqua victualia seu comestibilia vel vel facere
contra medietatem et extrahere de districtu quod fuerit inventus
extra terram que prope est in confinio districtus perusii. Et
si dictum bono est aliqua terra habitabilis usque confini
um pro miliare huius intelligatur ne et facere contra pre
dictam que usque confinium inventus fuerit ducere vel porta
re ad unum miliare ad minus. Salvo si quis
duxit vel ducere voluit de alieno districtu ad
vendendum ad civitatem perusii animalia mictat domino
capitaneo ante quam intret civitatem vel comitatum perusii
cum dictis animalibus quod vult ducere tantam quantitatem
bestiarum et dominus capitaneus terre perusiam suum mictat
ad videndum bestias quot sunt ante quam intret com
itatum perusii. Et postquam dicta animalia ducta
fuerint sed iustum modum ad civitatem perusii si
ille cuius sunt vendere non poterit dictas besti
as det ei licentiam predictus dominus capitaneus ducendi quas
vendere non poterit extra districtum perusii. Et hoc
capitulum banniri faciat per preconem ad caus bladi
custodiam et aliarum victualium faciendam ne extra
districtum perusii extrahat capitaneus in maiori consilio civi
tatis perusii eligi facere teneatur in principio sui officii
.x. custodes pro qualibet porta civitatis .g. v.
cum equis et .v. sine equis et habeant medietatem banni
et rerum quas acceperint et pro qualibet die qua me
nt in confinibus predicto officio exercendo quo nihil
licentia fuerint quilibet eques habeat ad minus .ii. solidos denariorum
et quilibet peditum .xii. denarios et quicumque fuerint custos
uno anno de inde ad tres annos esse non possit.
Et quicumque custodes inventus fuerit ducere vel duci
facere consentire seu pati ut alio modo committeret
ad .g. formam sui officii vel sui officium poss
per capitaneum usque in quantitate .C. libras denariorum condempnari
et privetur ab officio quod dato. Item quod nemo ex
districtu perusii extrahat seu extrahi faciat aliquod bla
dum victualia seu comestibilia sine licentia capitanei
et consilium arcium sub pena .xxv. libras denariorum. Et nu
llus notarius potestatis vel capitanei possit nec debeat alicui
licentiam dare vel parabolam extrahendi absque licen
tia predictorum et si quis fecerit eadem penam patiatur
pro qualibet vice. Qualiter puniatur vendentes u
vas agrestas Junii usque ad festum omnium sanctorum.

360

Si quis inventus fuerit agrestas

Junij usque ad festum omnium sanctorum nec de re uvas mercatum in civitate et burgis et aliis locis teneatur solvere pro vice qualibet v. s. den. excepto vinis de mobus dequibus bannum medietas sit comunis et alia habeat accusator

360 Qualiter puniatur deferentes uvas vel alios fructus vel palos de re aliena sine voluntate

361 Siquis inventus fuerit deferre uvas domini rei vel alios fructus vel palos vinearum flotino- qua seu aliud lignum vel etiam dederit quod non habuit po- ssessores illa gratia potestas et capitaneus teneantur illum ad dicendum quod eas res habuit et si invenerint ipsum non habuisse de suo aut de voluntate illius cui locus fu- res esset potestas et capitaneus si fuerit dederit xl. s. den. si denegaverit C. s. den. pene nomine teneatur auferre cuius banni medietas sit comunis et alia esse debeat accusa- toris Qualiter picicarelli et picicarelle vende- tes uvas et amigdola viridia et nuces

361 viridas tenentur asignare venditores.

362 Siquis picicarellus vel picicarella habuit uvas amigdola viridia nuces viridas ad vendendum picicarelli et picicarelle cogantur per capitaneum di- cere veritatem a quo emerit Et si picicarellus vel picicarella non assignavit et non dixit veritatem de emptione xx. s. den. nomine pene pro vice qua- libet solvere teneatur et hoc locum non habeat in foresibus ista foresis omnis fructus et uvas emere impune valeat dum tamen a hora none non emat et hoc sit in prudentia domini capitanei Ita quod ipsi fructus non sint pecati de bonis civium vel comitatensium civitatis

362 pisis Qualiter puniatur facientes vel ordina- tes aliquid quod esset contra pacificum statum comunis pisis vel rectores ad partes regni.

363 Si potestas et capitaneus invenerit aliquem vel aliquos facien- tes vel ordinantes aliquid quod fit contra pacificum sta- tum comunis pisis et habuit inde aliquod indicium pos- sit illum vel illos ponere in tormentis sive bel[?]ia Ita quod bene veniens inveniatur et delictum sive sit foresis sive tractamus aliquo capitulo sta- tuti non obstante Item nullus civis pi- sanus aliquem foresem quod non sit suus familiaris au- deat retinere Et si potestas invenerit aliquem facientem [marg.: foresem] cum aliquo contra formam huius statuti possit eum po- nere in tormentis ut veritas inveniatur ab eo qua- re cum illo moratur et quam receptus fuit facere contra talem predictorum teneatur solvere nomine pene com-

munis pisis C. lib. den. Item Siquis ex magistratibus de quo sinistra suspitio haberetur vel aliquis inventus fuerit per potestatem vel capitaneum quod iverit vel vadat ad partes regni vel aliquam civitatem tuscie vel maritime occasione faciendi colloquium seu parlamentum sive aliquid trac- tatum sine expressa licentia potestatis vel capitanei sol- vat comuni pisis CC. lib. hoc addito quod non in- telligatur de aliquo negotiatore qui iret pro ne- gotiatione aliqua sive pro matrimoniis nec inte- lligatur de aliquo artifice qui iret occasione sue artis

363 Qualiter puniatur deferentes litteras alicuius

364 Siquis inventus fuerit deferre per [rubr.: partes] litteras alicuius partis vel occasione partis seu alicuius tractatus sine licentia potestatis et capitanei et litteras vide- ant sit in prudentia comunis pisis debeat puni- ri in persona ita quod moriatur. Et syndici comunis de pe- nis et bannis contentis in his duobus capitulis propter statutis seu in mutatione non valeat ullo modo Et ad- dicto est quod in omnibus supradictis contentis in dictis duo- bus capitulis sint salva ordinamenta domini capitanei populi pisis

364 Qualiter puniatur macellatores emptores carnes montoninas et inflantes carnes et cooperientes et non observantes que in hoc capitulo continentur

Nullus macellator [sup.: vel vendens] nec cum revendendi emat in civitate vel burgis aliquas carnes montoninas

365 Ita quod hec dicta montoninas componatur a morte et cado cadis et penultimam brevem habeat et nullus de his carnibus montoninis portet seu ducat in aliquos burgorum intra vel extra civitatem pisis et siquis fecerit contra predicta vel aliquid predictorum debeat solvere pene nomine pro vice qualibet C. s. den. quorum medietas sit comunis et alia habeat accusator et esse valeat quilibet accusator Item nullus inflet seu inflari faciat vel flatum inmittat seu sepum aliquod in aliquam bestiam quam aliquis occiderit seu occidi fecerit cum revendendi Et nullus aliquas carnes de aliqua bestia seu alia re debeat cooperire sed quilibet carnes sic defuerint nuda sint sine aliqua coopertura tenere debeat ad vendendum Et siquis fecerit contra predicta vel aliquid predictorum xx. s. den. nomine pene pro vice qualibet comuni pisis per potestatem vel capitaneum et quilibet eorum solvere compellantur Item Nullus macel- lator nec aliquis alius aliquis mane usque ad fe- stum omnium sanctorum emat aliquam pecudem seu scar- fam vivam vel mortuam cum revendendi in dictas.

mensibus existentibus alibi maior adfestum omnium sanctorum
Et siquis macellabit seu vendet ipsas carnes scro
finas seu de porcis minutim uel alio modo in
dictis mensibus pro qualibet uice soluat communi perusij nomine
pene xl solidos denariorum. Et nichilominus potestas uel capitaneus scrofam
seu carnes ipsius contra predicta facientes teneantur accipere pro communi

CBuellam tamen sine porcella inventam quilibet uendere uale
at sine pena in platea communis perusij uiuentem per tenen-
hendo et retinendo ibi discos eorum quam pulcri
ores possint **I**tem potestas et capitaneus de mense maij
in suo regimine possint teneantur facere uenire coram se
omnes rectores macellatorum et omnes macellatores
et macellum facientes coram quibus hoc capitulum le
gi faciant totum et ipsi rectores eos omnes iurare com pe
llant quod omnia et singula que in hoc capitulo continentur
plenarie obseruent et faciant obseruari **I**tem sta
tuimus quod macellatores carnes scrofinas separa
tas teneant seperatas et non simul mixtas ita
quod uolentibus emere una caro ab alia cognoscatur
et aliquis decipi non ualeat neque falli Et siquis contra
fecerit soluat pro uice qualibet communi perusij xl solidos denariorum et
ipse carnes seu scrofe in communi perusij debeant deue
nire **I**tem siquis macellator interrogatus non di
xerit carnes quas habet illius bestie de qua sunt
seu uendiderit carnes scrofinas pro porcinis seu carnibus
Seu carnes montonis seu pecudis pro carnibus ca
strati seu quascumque alias carnes quas dixerit
esse alterius bestie quam sit xl solidos denariorum pro uice qua
libet soluere teneatur et stetur iuramento illius qui carnes eme
rit seu habuit ab illo macellatore dante seu uen-
dente cum bannum medium sit communis et alia medietas esse de-
beat accusatoris **I**tem statuimus quod si aliquis mace
llator emerit aliquam porcam seu aliquam scrofam quibus
que appareat granosus uel granosa illi por
ci uel scrofe carnes uendi non debeant Sed potestas
et capitaneus illum uel illos cum uel quorum fuerit porcus uel
scrofa compellat restituere pretium macellatori
ementi et macellator porcum uel scrofam illi
a quo emit ementi restituere teneatur **C**or-
dinamus insuper statuentes quod potestas et capitaneus pos
sint et teneantur inquirere et inquiri facere a suis offi
tialibus de omnibus hijs et contra omnia hec que omnia
in hoc capitulo continentur quotiens eis uidebitur ut
nulla fraus in predictis committatur et inde bis
faciant in macello occulta fide a suis officiali
bus uel aliquo eorum et si aliquis ipsorum officialium

aliquem macellatorem contra predicta uel aliqua predictorum
inuenerit delinquentem potestas uel capitaneus auferre te
neantur et tunc potestas et capitaneus delinquentem condempnare
teneantur secundum modum et formam delicti prout in capitulo
supra est expressum.

Qualiter puniatur contrafaciens quod consilium capitaneorum
a maiori consilio ciuitatis separetur.

Nullus proponet quod consilium capitaneorum a maiori consilio 366
ciuitatis debeat seperari Sed ipsum consilium capi
tanei officialium debeat interesse. Contrafacien
tem contra predicta potestas et capitaneus C libras denariorum pro communi to
llere teneantur Qualiter puniatur qui uenerit ad
consilium sine eius de consilio.

Quicumque accesserit ad consilium et non erit de consilio 367
x libras denariorum pene nomine et bannum soluere teneatur sal
uo quod si bannitus uel per dictam personam de
mandato potestatis quod uolentes uenire ad consilium ne
mo tamen sit ad penam aliquam aliquis ad consilium ad
cedens nullatenus teneatur Qualiter non debeat
stare in consilio qui suum negotium pertractat

Cum negotium alicuius tractabitur in consilio ciui 368
tatis perusij ille cuius negotium tractabitur in consilio
non debeat interesse nec eius propinquus illius uel illorum
cuius uel quorum in consilio negotia tractarentur et potestas
et capitaneus et quilibet de eorum familijs predictos et quemlibet
predictorum de consilio expellere teneantur

Qualiter puniatur euntes ad habitandum ad
aliquem locum qui non fuerit communis perusij

Nemo de terra Ciuitatis et comitatus aut districtus 369
perusij audeat ire ad habitandum ad aliquem locum qui non
fuerit communis perusij si liber habitatur et stetit in ciui
tate et comitatu uel districtu perusij Et si aliquis iuerit
ad habitandum ad aliquem locum qui fuerit communis perusij a
kalendis maij citra compellatur per potestatem et capitaneum redire ad
fines communis perusij et si non fecerit potestas et capitaneus aufe
rant ei pene nomine xxv libras denariorum quam penam
si soluere non poterit potestas et capitaneus idem quam
tam eum faciant exbanniri Qualiter puniatur
castrum uel uilla non fuerit communis perusij et non

Si aliqua terra uel castrum euntes in terram. 370
uel uilla ciuitatis comitatus aut districtus perusij non
fuerit seu recusauerit fuisse communis perusij et tempore
guerre et qualibet alio tempore omnibus hominibus ipsius
terre fuerit possessione lauare in nec stan
ciuitatis communis perusij et quantum tempore guerre cum

preceptum fuit ei factum, ut contra pro sic eius de
bitis puniatur et debeat et inde teneatur nichilominus
compellatur sicut alii pro sic et debitis potestas et capitaneus
integre teneantur et condempnare debeant aliquentes
Qualiter habentes arbores pendentes super re al
370 terius debeant eas incidere et de pena contrafa
371 Habentibus arbores pendentes cientium
super terreno vel vinea alicuius potestas et capitaneus vel iudex
si querimonia inde habebuntur teneantur precise precipere
quod arborem pendentem vel pendentes super terrenum
alterius incidat de fide ad viii dies postquam pre
ceptum factum fuit quod si ille non fecerit potestas et
capitaneus teneantur et debeant ei auferre nomine banni
xl solidos denariorum et nichilominus illam arborem vel arbores in
cidi facere teneantur. Si tamen ille super cuius terrenum
arbor penderet quemadmodum de illo cuius arbor
erat non fecerit possit de illa parte arboris que pen
deret super suo terreno fructus colligere et habere sine
pena et contradictione aliqua Qualiter vendantur et
371 ematur arbores existentes in terra alterius.
372 Si aliquis habuerit arbores in terra alterius et ille cuius ter
ra fuerit voluerit eas emere potestas et capitaneus illum cuius
fuerint arbores adiuvando compellant et si ille cuius
fuerint arbores eas vendere noluerit potestas et capitaneus
teneantur illum cuius terra erit compellere ad emendum
dummodo venditor et emptor de pretio non poterint con
cordare duo boni homines eligantur quorum a qua
libet unus ad extimationem arboris vel arborum fa
ciendam qui iurare debeant dictam extimationem
facere sine fraude et iuramentum penitus compellantur contra si
partes concordes fuerint quod dicti homines iuramentum non de
beant ad iurandum aliquatenus non cogantur contra
sed extimatione que fiet sive cum iuramento sive
sine iuramento emptio et venditio arborum celebretur
Qualiter puniatur habens edificium vel inpositum
372 in terra alterius suo elevaverit ad terminum constitutum.
Si quis habuerit murum vel
373 edificium aliquid super re alterius vel inpositum cum vel sine
terminum vel decretum quod non habet de iure vel hoste
debet habere de iure testibus vel instrumento postquam pre
ceptum ei factum ad viii dies debeat elevare
et amplius non teneat quod si fecerit potestas et capitaneus pena
nomine xl solidorum denariorum teneantur auferre pro qualibet et
pro precepto quolibet faciendo et Iudex vel notarius potestatis
vel capitanei ad locum litis seu questionis cum uno notario
accedere debeat adiuvandum seu quoties accesserit

[illegible]

credi debeat et sic ipsi retulerint de elevatione fa
cienda vel non debeat observari et locum habeat in quibuslibet
pendentibus presentibus preteritis et futuris Qualiter pu
niantur impedientes murum proprium alicuius quod undique 373
videri non possit et qualiter ille murus videatur
et per quem 374
Si quis habet vel habuerit murum proprium quod undique videri non
possit potestas vel capitaneus teneantur mittere ad videndum illum
murum ad petitionem petentis unum de suis notariis quo
tiens fuerit postulatum et si ille notarius viderit illum mu
rum impeditum de aliquo in aliqua parte sui ipsum fa
ciat expediri deinde ad viii dies quod si ille cui pre
ceptum fuit non fecerit ad terminum constitutum datum per dictum
notarium teneatur solvere pro qualibet et pro quolibet precepto
pena nomine xl solidorum denariorum et credatur dicto dicti notarii re
ferentis et opporteat probationem aliam non habere et potestas
et capitaneus dictam penam exigere teneantur
Qualiter puniatur exhaurientes aquam de suo cursu 374
Nulli de civitate vel Comitatu liceat 375
aquam continuo currentem vel pro maiori parte anni exhaurire
de suo antiquo et solito cursu et mittere per terram suam vel
alterius quod aliunde currat seu vadat seu aliter ut
vel vias vel rei alicuius aliquid faciat seu prestet impedi
mentum. Et si quis contra fecerit denuntiatione facta potestas et
capitaneus vel alicuius eorum officialis compellat eum omnino re
ducere et remittere dictam aquam in loco et per locum ubi cu
rrere consuevit aliqua alia causa vel usu non obstante
quod vel quam habuerit ille qui aquam exhauserit vel mutaverit
vel ille cuius antecessor cui potestas et capitaneus precipiant quod
predictum facere debeat infra viii dies quod si factum non
erit auferant contrafacienti pro qualibet pene
nomine c solidorum denariorum et nichilominus eum compellere debeant reficere
omnia dampna et interesse illi seu illis qui dampnum re
ceperit vel habuerit cum ipsius aque exhaustione seu mutatione
de suo antiquo et solito usu et hoc capitulum locum
habeat in preteritis presentibus et futuris aliquo capitulo non ob
stante Qualiter puniatur impedientes aquam ne 375
libere possit decurrere. 376
Quotiens fuerit conquestus de aliquo cuius terrenum occupat
aquam impediret ita quod non possit libere currere seu
currere et stagnare cum dicti terreni vel vias seu fun
do vel rei alicuius impedimentum aliquid faceret vel presta
ret potestas et capitaneus compellat illum vel illos facere for
mas unam vel plures ad hoc ut dicta aqua habeat
liberum cursum in suum fossatum seu flumen quod propinqui
us permanebit ad hoc ut terrenum alterius super

potum non valeat dvastari et sullecari preceptum
factum erit non adimplebit preceptum infra unum mensem
mensem post preceptum factum potestas et capitulum auferant pena
nomine x. libras denariorum et inchoando illum locum facere debeat ex
pendium et fornam seu fossatum inveniri et clausum fuit
apertum ad hoc ut homo qualibet aqua possit de
currere sine impedimento vel altius seu et lesione et
hoc capitulum locum habeat in presenti preterito et futuro aliquo
capitulo non obstante. De pena mictentium porcos
pascuatum et de electione officialium custodientium
porcos.

377 Nullus debeat studiose dimictere porcum suum vel
scrofam ita quod vadat pascuatum vel burgos et
faciens solvat pro vice qualibet x solidos denariorum cuius bannum me
dietatis sit communis et alia habeat accusator. Ad quam penam non
teneatur ille qui vetat vel mictet suum nutritum post por
cum seu scrofam. Et potestas et capitulum potestas faciat in
regimine potestatis unum custodem de qualibet parochia civi
tatis et burgorum sorte brevium eligendos quorum
quilibet per suam parochiam custodire debeat diligenter
ut aliquis porcus vel scrofa ire debeat nullatenus
pendere. Et si aliquis dictorum custodum in sua parochia
porcum vel scrofam invenerit potestati debeat assignare
vel capitulo et habeat pro suo salario medietatem banni. Et si
aliquis dictorum officialium ad suum officium faciendum fuerit
negligens potestas et capitulum auferant ei pro vice qualibet
x solidos denariorum et ei valeat quilibet accusator et accusato
rius credi debeat in tanto. Item unus notarius
potestatis et alter capituli una die in qualibet edomoda sin
gulis edomadis vadat pascuatum et burgos et si
invenerint aliquem porcum vel scrofam debeant facere
in qua parochia illum vel illam invenerint et potestas
et capitulum custodem illius parochie in qua porcus vel scro
fa inventus vel inventa fuerit pro unoquoque porco et una
quaque scrofa in x solidos denariorum debeant condempnare.
Qualiter puniantur facientes mortuum militem
et de dupleriis faciendis et vestibus non mutan
dis et de aliis (?) fieri faciendis.

378 Presenti statuto capituli inviolabiliter observando
quod nemo deinceps aliquem mortuum audeat [illegible]
seu [illegible] facere cingulo militari vel aliquem
apud aliquam ecclesiam dimictere cuiuscumque religionis
gaudeat dignitate huius autem [illegible] teme
rarios in C. libras denariorum pro vice qualibet [illegible] Jube
mus. Et si contra faciens [illegible] inopia la

borare quod solvere nequeat dictam penam potestas
et capitulum eum in dicta quantitate faciat forbanniri. Item
nemini liceat nobilium facere seu portari aliquod cumulando in
unum duplerium cere tantum ponderis vi. libras salvo
si dominus episcopus vel eius vicarius seu et capellanus in
fuerit sepulture. Non autem quilibet duo duplerie
eiusdem ponderis habere valeat sine pena. Item nul
lus in super pilos in barba pro mortuo aliquo ultra
quam solitus est portare presumat vel capillos
de capite contrahere vel facere seu vestem dila
niare. Sed ornamentum vel infulam vel capucium de
capite contrahere nec vestes mutare non obstan
te quod fuisset mortuus consanguineus vel affinis
coniux vel coniuncta aliqua linea parentele ascendente
vel collaterali. Et si aliquis contra predicta vel aliquid predictorum
venire presumpserit solvat pro vice qualibet x. libras denariorum
salvo pro viduis et maritis liceat habere vestes lu
bres et portare. Item iubemus quod nullum cada
ver cuiuscumque sexus et etatis seu dignitatis exi
stat seu existerit discopertum vel inductum aporte
ad ecclesiam aliquam seu et sepulturam. Et si fuerit contra
tum ille qui habitabit domum de qua cadaver exi
bit teneatur solvere penam nomine x. libras denariorum et potestas
et capitulum dictam penam penitus exigere teneatur. Item
nulla femina postquam cadaver ad ecclesiam fuerit porta
tum ad sepulturam ire debeat post cadaver nisi
tamen clerici et femine religiose ac illi qui mortuum de
portabunt. Et si quis contra fecerit solvat pene nomine
x libras quarum medietas sit communis et alia accusatoris et quilibet
esse valeat accusator. Item potestas et capitulum innu
defensus notarius mictere teneatur ad ecclesiam sancti Laurencii
ad monasterium sancti Petri cotidie quando ad ipsa loca ca
davera deportantur ad sepeliendum ad videndum et
scribendum illum qui fecerit contra predicta vel aliquid predictorum.
Item nulla mulier audeat ascendere scalas prope
campanile sancti Laurencii ullo modo dum aliquod ca
daver in dicta ecclesia permanebit. Et si aliqua mu
lier contra fecerit xx. solidos denariorum solvere teneatur quorum me
dietas sit communis et alia esse debeat accusatoris.
Item cum mortuus aliquis erit in ecclesia superdicta sa
cerdotes ad cadaver ad ipsam ecclesiam profecturi stare
debeant in choro canonicorum et si in dicto choro
stare recusaverint aliquis eorum candelas et denarios
habere non debeat ullo modo. Item si aliquis capitulo
defuerit vel aliquis ad dispendium deputatur daret ali
cui clerico qui non staret in dicto choro vel altare

consistit denariorum vel candelarum, solvat pro uncia qualibet x libras denariorum, cuius banni medietas sit comunis et alia habeat accusator. Et hoc quod dictum est de Ecclesia sancti Laurentii illud intelligatur de Ecclesia sancti Petri et de omnibus aliis Ecclesiis civitatis et burgorum.

Statuimus insuper et firmiter precise volumus observari quod potestas et capitaneus teneantur mittere in mense Maii, Iunii, x bonos et puros cultores decedendo si fieri potest, et eis faciant iurare ut culturas bonos et puros quas culturas et quos celones massarii comunis debeant retinere et aliquis earum culturarum seu aliquis earum celonarum nemini prestare vel prestari mutuare sine licentia (?) dominorum. Quandocumque obierit massarius comunis, prius debeant teneatur prestare potestati culturam vel celonem pro interregnum famulus et gravamen defunctorum ut cum eo vel ea portet ad Ecclesiam et sepulturam corpora mortuorum corporum. Cum vero massarius prestabit culturam alicui vel celonem scribat seu scribi faciat nomen et pronomen accipientis et de qua porta et parochia fuerit ut prepositi et receptores massarii non fallant. Et ille autem qui a massario culturam vel celonem receperit pro mortuorum comportantibus, ut dictum est, dato suo expedito negotio culturam seu celonem massario comunis prius reportare debeat vel remittere quam primo poterit. Et obtulerit se famulus et Rehibiens culturam seu celonis facta massario comunis sepulturam facturus, de prestantia ipsi destruere vel destrui facere teneatur sic ut aliquis Ecclesiarum retinere possit et dereliquere factum possit ad indubium revocari.

Qualiter mulieres non redeant ad domum defuncti postquam fuerit predicatio facta.

379 Statuimus quod mulieres postquam predicatum fuerit ad domum alicuius defuncti accedere non presumant, nec etiam more si ut accedere sive defuncto usque in tertium gradum quibus redire liceat et morari. Cum autem domine mortue ad dominas vel mulieribus religiosis et non ab aliis debeant sepeliri.

Qualiter puniatur retinentes baccas et discos vel canestros ante hostium Ecclesie sancti Herculani.

380 Nemini liceat retinere baccas, discos vel canestros ante hostium Ecclesie sancti Laurentii et hostium sancti Herculani et versus hic ostium stare morari impedientes hostium seu aditum Ecclesie quod non possit eorum officium exercere et impedientium causam ... seu contra eos qui facere potestas et capitaneus auferat pro vice qualibet pena nomine C solidorum denariorum. Salvo tamen quod in festo seu festis omnium sanctorum et in diebus sabbati et aliis diebus sacratis et alii possint stare in platea et foro ad eorum comoda exercenda.

Qualiter puniatur committentes fraudem vel falsitatem in suo officio et de accipientes furtive de bonis comunis vel potestate vel ... 381

Si aliquis habuerit aliquod officium parochie, porte, prius vel comunis vel sua porta vel parochia de aliqua administratione et inventus fuerit defraudare de re comunis vel sue porte vel parochie vel comunis fraudem facere vel fecisse et probatum fuerit seu inventus fuerit fecisse falsitatem aliquam in eisdem, potestas et capitaneus teneatur eum vel eos dicto quod omne suum officium furtive abstulerit in maiori consilio civitatis publicare et postea auferat ei pena nomine C librarum denariorum pro quolibet et insuper illum suo officio privare debeant et alium substituere loco sui.

Qualiter potentes res advendendum ad mercata comitatus puniantur. 382

Nemo de iurisdictione nostra audeat portare bladum vel farinam advendendum ad mercata nostri comitatus, quod contra admonitionem prius qui faciet potestas et capitaneus C solidorum denariorum pene nomine auferant pro vice.

Qualiter puniatur desponsantes mulieres sine licentia parentum et de eius tutoribus et curatoribus. 383

Nullus civis vel comitatensis prius audeat vel presumat alicuius filiam vel neptem carnalem desponsare vel in uxorem accipere sine sui patris licentia et consensu, si patrem habuerit vel avi paterni si avum habuerit vel sui matris licentia si matrem habuerit et non patrem vel avum maternum vel fratris seu fratrum carnalium et si habuerit curatorem vel tutorem non possit eam aliquis accipere sine tutoris vel curatoris licentia. Si tutor vel curator non possit nec audeat nec debeat alicui facere dispensationem seu mutuum vel alio tradere vel concedere ... ducat seu accipiat in uxorem absque fratrum carnalium licentia et consensu suo... etate xviii annorum. Et si quis contra predicta vel aliquid predictorum venire presumpserit vel attemptaverit L libras denariorum nomine pene et banni solvere teneatur et eam in pristinum statum reducere. Et potestas et capitaneus ab eo bona securitatem accipiat et ydoneam quod illam fideliter custodiet et salvabit.

Secundo uiro uel sponso non tenetur nisi primo de-
cium erit processurus. Ecclesiasticam sepulturam mereri uel spon-
sus eius de iure habere debebit uel si habere deuent de-
buit seperari. ¶ Si autem desponsatam pater filio non
consensit uel acceperit aliquam uxorem pro filio ad
penam soluendam nullatenus compellatur. ¶ Item si tu-
tor uel curator pupillam uel adultam sine licentia
matris illius pupille uel adulte aliter dederit marito
et aliquam promissionem reciperit seu eam recepisse
apparebit cum eo matrimonium contraxerit uel ab alio pro
dando ei aliquam quantitatem pecunie uel aliud uel si
aliquis acceperit seu accepisset occasione dicti matrimonii
post et ante datam pecuniam uel promissam uel rem aliam datam
uel promissam restituere facere teneatur. Et insuper tantum
de nomine pene ex receptione pecunie seu alterius rei
seu promissionis ipsi date uel promisse auferre pe-
nitus teneatur. ¶ Item nullus tutor uel curator ti-
tulo donationis uel alio titulo aliquid presumat habere
uel recipere uel retinere de bonis pupille uel adulte
nubentis in fraudem nec presumat accipere promissionem
quam fecit cum maritandi. Et si contra fecerit puniatur in
L libris denariorum et quod acceperit reddere compellatur. Et hoc ca-
pitulum in omnibus et per omnia locum habeat in masculis et feminis.
¶ Item si quis sine tutoris uel curatoris auctoritate uel consen-
su pupillum uel pupillam adultum uel adultam seduxerit
de domo matris ipsius uel tutoris uel curatoris ipsius
pupille uel pupilli adulti uel adulte tenetur pro
iudicium uel coniugium contrahendum per talem seductionem uel
fraudem soluat L libras denariorum nomine pene et quicquid in-
secutum fuerit pro infecto et pro nullo habeatur. ¶ Item si tutor
uel curator alicuius pupilli uel pupille adulti uel
adulte uel aliquis pro nomine eorum receperit ante contra-
ctum matrimonium seu ante contracta sponsalia aliquod in-
strumentum finis et refutationis et depositionis uel ali-
quod pactum administrationis uel gestionis tutele
uel cure illius pupilli uel pupille adulti uel adul-
te quam ipse gessit uel gerere fecit talis contractus ipso
iure sit nullus et quicquid secutum fuerit et est exinde
uel ob id processo et inito habeatur nulla renuntiatione
uel pene appositione seu promissione facta a pupillis
uel adultis pupillabus uel adultabus obstante et
non obstante aliqua confessione seu promissione con-
fessionis que continetur in contractibus supradictis et si dic-
tus tutor uel curator uel quicumque alius hoc fecerit
contra siue administrationis reddere compellatur et de
tutela uel cura remoueatur omnino aliquo contradicente

consensu et capitulo non obstante et hoc locum habeat quod
in hoc parisio continetur in presenti preterito et futuro
¶ Item si qua mulier excedens etatem XXV annorum in-
tenuit aliquam modalitatem et tutores administrationis
receperit et refutationes liberationes fecerit tutore uel cura-
tore seu alio alio ipsa nec aliquis nec masterium po-
ssit nec debeat tutores administrationis repe-
tere nec administratores reddendam aliquam conuenire. ¶ Vo-
lumus etiam super quod quelibet mulier que etatem XV annorum
possit se cui et quem ei placuerit maritare non obstan-
tibus hiis que in hoc capitulo continentur. Qualiter mu-
lieres dotate non possint uenire in hereditate
uel ad successionem superuiuentibus filiis masculis

Si qua mulier fuit uel erit dotata a patre uel a ma-
tre uel a fratre uel auo paterno uel materno auunculo
non possit nec debeat uenire ad hereditatem uel suc-
cessionem predictorum uel alicuius eorum quousque superuixerit
aliquis filius masculus extra uel in ipsa hereditate uel suc-
cessione ad quam ipsa mulier uenire uellet. ¶ Item dicimus
quod si fuerint dotata a fratre uel fratribus uel aliquis illorum fra-
trum fuerit mortuus sine filiis alii fratres mascu-
li succedant uel nepotes et predicte mulieres exclu-
dantur ab hereditate uel successione. ¶ Saluo testamento
et ultima uoluntate predictorum et si aliud dicatur mulie-
ribus relinquerit quod obstet. Et saluo quod mulieres
que [illegible] possint habere uictum et uestitum in
hereditate set intus patrimonii illius dotem quam
habuit conferendo. ¶ Ille autem uel illi qui pro muliere
dotem dederit uel dederint uel eius uel eorum heredes
non possit nec debeat dotem repetere donec ui-
xerit ipsa mulier dotata uel sui filii unus uel plures
nec petere possit pater ipsius uel eius heredes contingentem
de bonis suorum parentum. ¶ Item si de dote alicuius
mulieris frater carnalis uel consobrinus ipsius mulieris
uel quicumque alius excepto patre fecerit ipsi muli-
eri finem et refutationem seu pactum cum uel suis filiis
uel illi cui dotem suam dimiserit quod ipsa dotem non
repeteret nullum preiudicium ei faciat quin dotem li-
bere possit repetere et habere et ipsa refutatione ipsi
mulieri uel suis filiis non prosit aliquo capitulo non
obstante. Set talis refutatio a se muliere uel a pa-
tre ei facta fuerit illi cui facta fuerit ualeat debeat
et teneat aliquo capitulo non obstante. ¶ Item si
aliquis receperit aliquam promissionem dotis alicuius muli-
eris excepto patre siue dotata fuerit illa mulier
in instrumento dotis siue non eius dedit dotem tradere

Et restitui debeat ipsi mulieri nec de tempore
totali instrumenti ipsi mulieri nec nulli de dimi-
tteret vel ius cederet seu rationem faceret ob-
tentum possit aliquo capitulo non obstante. Quod
illum vel illos instrumentum dotis recipientem vel
recipientes potestas et capitaneus compellat ipsi mu-
lieri vel eius filiis vel cui dimiserit ut di-
ctum est restituere. ¶ Et si quis vel si qua
aliquam dotaverit mulierem tantum vel propter
de suis bonis propriis suam propter dedit vel
alias res et constiterit de istis [illegible] vel te-
stibus fide dignis matrimonio dissoluto inter
illam mulierem quam dotavit et illum cui propter eam do-
tem dedit vel dari fecerit sine filiis ex eis
descendentibus dotem quam dederit libere possit
repetere et recipere et ei restitui debeat. Et te-
neatur dare dotem ab aliquo datam de suis bo-
nis propriis teneatur de restituendo ei vel eius no-
luerit facere instrumentum nec compellat ipsi mulieri
nec heredibus eius propter quam dos data est vel [illegible]
vel prendere dedere dotem quod capitulum in negotiis
nunc pendentibus et preteritis et futuris locum habeat
et in qualibet parte sui aliquo capitulo non obstan-
te. ¶ Salvo quod femine possint venire
ad successionem parentum et fratrum et aliorum pro[illegible]
ad successiones de iure venientium filiis heredibus ma-
sculis non superstitibus remittendo dotes suas
in hereditate. Et similiter dotate non sint
ad successiones predictas debeant devenire.
384 Qualiter fiat contractus desponsaliciis
385 Statuimus quod quicumque aliquis desponsaverit uxorem de
sponsaliciis fiat facere publicum instrumentum ut
ab aliqua parte imposterum valeat non negari.
385 De magnitudine caldarelli olei et qualiter
holeum vendatur et quantum lucretur vendentes et de
386 Caldarellus olei sit et est pena contrafacientium
debeat eiusdem capacitatis et magnitudinis
prout fuit anno preterito nunc [illegible] et mensura
medii caldarelli que de [illegible] distri-
buit in [illegible] partibus ita quod una mensura que
sit octava pars mezolini et sextadecima
pars caldarelli et [illegible] et taliter quod vendi-
tor sui [illegible] v solidos lucretur de quolibet
caldarello. ¶ Et si quis contrafecerit solvat nomine
pene xl solidos denariorum cuius banni medietas sit comunis et alia
habeat accusator et potestas et capitaneus de civitate et co-
mitatu et districtu Perusii oleum et sepum emere seu [illegible]
non permittatur. ¶ Et potestas et capitaneus omnes vole-
ntes vendere oleum compellere debeant vendere ad pon-
dus et non aliter ullo modo et ementes ad pondus eme-
re teneantur dummodo vendentes de quolibet caldarello
v solidos lucrari debeant et non ultra. Et si quis vende-
re vel emere acceptaverit quam ad pondus debeat sol-
vere pro vice qualibet xl solidos denariorum cuius banni medietas sit
comunis et aliam habeat accusator et iuramento credi de-
beat accusatoris sive vendat oleum in grossum seu in
adminutum. ¶ Et potestas et capitaneus teneantur constringere
omnes vendentes et vendere volentes oleum tam ma-
sculos quam feminas ad iurandum facere observare et
adimplere omnia et singula que in presenti capitulo continentur.
Et insuper de omnibus predictis teneantur facere inquisitiones quolibet
mense et quos et quas invenerint contrafacere vel venire
debeant condempnare ac eis auferre debeant dictum
bannum. Et si potestas et capitaneus facere neglexerint comuni
Perusii pro vice qualibet l libras denariorum de suo salario solvere
teneantur. Qualiter forenses exititii pro parte de terris comi- 386
tatu Perusii commorari non valeant. 387
Nulli exititorum vel exbannitorum pro parte de terris comitatus et
nulli aliorum forensium unquam sit licitum venire
ad habitandum seu standum in civitate et burgis et comita-
tu seu districtu Perusii nec ibi aliquam moram contrahere
sine expressa licentia comunis Perusii. Contrafacienti potestas et
capitaneus auferant pene nomine c libras denariorum. Et si c
libras solvere non poterit eidem pedem acutere faciant
amputari et nichilominus eum vel eos de civitate et comita-
tu et districtu Perusii expellere teneantur. ¶ Super quibus
omnibus potestas et capitaneus omni mense inquisitiones facere te-
neantur. Et si super predictis faciendis fuerint negligentes
quilibet eorum de suo salario comuni Perusii cc libras denariorum quos
massarius de eorum salariis retineat pro comuni. ¶ Huic
capitulo duximus adiungendum quod omnia que in hoc capitulo con-
tinentur semper sint et remaneant in provisione domini capitanei
et consilium antianorum et rectorum artium et consilii populi. Ita
quod sic per eos reformatum erit illa reformatio de-
beat observari et in suo robore sit plenarie valitura.
Qualiter illi qui steterint in civitate Perusii per x annos 387
continuos sint liberi. 388
Quicumque de novo venerit ad districtum steterit in civi-
tate vel burgis Perusii cum sua familia per x annos
continuos et non fecerit aliquod servitium pro hominatico et
quod nondum de ipso non fuit vel erit inter dictum tempus
x annorum sit liber et absolutus cum omnibus suis rebus.

Salvo quod si dicte p. huiusmodi fuerit vel fuerunt qui sit sub domino et serviat domino vel dominis ut domino quod nullum preiudicium domino vel dominis faciat, et hoc locum habeat in tempore preterito presenti et futuro. Et salvo quod si dominus vel plures eorum receperit franchitatem vel libertatem et aliquis vel alii sub domino remaneret nullum preiudicium faciat illis qui receperit libertatem. Item si homines fecerint aliquod illi vel illis qui remanserint nullum valeat preiudicium generare aliquo tempore cum titulo sed in tempore .x. annorum quod supra dictum est tempus generare dominus non debeant computari. Addimus huic capitulo statuentes quod hoc capitulum in aliqua parte sui nulli communi Pistorii valeat derogare nec singularibus hominibus valeat preiudicium generare sed iura communis Pistorii semper maneant illibata.

388 Qualiter cives recipiantur in cives et qualiter cives qui recipientur firmiant commune Pistorii

389 Si quis de aliqua iurisdictione voluerit esse civis Pistoriensis habitando continue in civitate vel burgis vel districtu Pistorii et faciendo factiones que faciunt alii Pistorienses qui habitant in civitate et districtu Pistorii potestas et capitaneus eum vel eos recipere teneatur et eos et eorum bona defendere ut alios Pistorienses. Dicti tamen potestas et capitaneus nullum recipiant nec recipere possint sine maioris consilii voluntate. Et cum aliquis petierit esse seu fieri civis antequam recipiatur dicat unde sit et ubi velit habitare in ea quod venientes a consilio presentat et ille qui se civem fieri postulabit prestare debeat ydoneam cautionem de stando et permanendo et habitando in loco predicto quem dixerit assignando et se scribi faciat in libris communis Pistorii coram potestate. Nemo tamen recipiatur in civem qui a duobus annis citra in civitate et comitatu Pistorii habitasset. Salvo tamen et reservato quod super hoc capitulo consilium predictum ut si indebite valeat providere circa reformationem debeat observari. Et insuper ille vel illi qui recipientur in cives habere debeant in civitate comitatu et districtu Pistorii domum terram et vineam non debeant vendere nec alienare et ille qui in fraudem emisset aliquam dictarum rerum illa bona que assignavit emisse deveniant in commune et de his potestas et capitaneus inquisitionem facere seu fieri facere teneantur. Et ille autem qui fieret civis in parrochia seu loco in quo habitavit facere debeat librum suum et cum suis convicinis faciat alias factiones et aliter pene nullatenus habeat. Et si predicta non fecerit Guidam et pedagium teneatur solvere sicut comitatinus et beneficio non gaudere. Et huic capitulo addimus statuentes quod nulli qui factus est vel fieret civis vel comitatensis Pistorii de rebus et negotiis quis et que huiusmodi facere cum aliqua terra seu cum homine vel hominibus seu personis alicuius terre contra quos sunt civitatem sive cum dante quod ipsa terra vel homines aliqua pro salvia seu pro salvie licentia concedat et si concederet valere non debeat nec teneat ut fiat ne hoc sit aliquatenus contra venturum et contra venire non valeat potestas et capitaneus hunc paragraphum istius capituli quolibet mense semel in maiori consilio legi facere teneatur.

389 / 390 Qualiter laborantes terrenum Pistorienses existentes in alieno districtu non solvant pedagium neque Guidam.

Si quis de civitate et burgis Pistorii habet fructus vel fructus annales in alieno districtu qui laboraret bona sua vel fructum faciens vel faciendum pro communi Pistorii sicut alii Pistorienses solvere seu dare pedagium non debeat neque Guidam.

390 / 391 Qualiter Gualdensibus et Lucernis non auferatur pedagium et prohibeatur Gualdensibus ne accipiant hominibus de Fosiato

Gualdensibus et Lucernis pro communi Pistorii Guida non pedagium auferatur et ipsis Gualdensibus prohibeatur ne pedagium accipiant hominibus de Fosiato

391 / 392 Quod communi Pistorii non preiudicet apprehensio de rebus fossati et castaldie

Si quis noviter factus esset civis vel fieret in futurum qui contra talem civitatem appenderet aliquam possessionem dictam fossati vel castaldie vel eorum districtus vel de aliis rebus in quibus commune Pistorii aliquid iuris habet talis possessio nullum preiudicium communi Pistorii debeat generare sed appendens illam possessionem dimittere teneatur et illa possessio deveniat in commune.

392 / 393 Qualiter domini qui tenuerunt olim castrum Fossati et eorum familie non sint habitatores communis

Quod et familie dominorum qui tenuerunt pro communi non ipsi castri olim castrum Fossati contra commune Pistorii cives et habitatores Pistorii esse non valeant ullo modo nec habitatores esse valeant dicti castri.

393 / 394 Qualiter et pro quos robarie que fiunt debeant emendari

Mandamus et ordinamus quod si aliqua robaria facta esset vel fieret in districtu alicuius castri vel ville in cuius districtus et homines castri vel ville in cuius districtu esset facta robaria eam emendare penitus teneantur.

394 / 395 Qualiter Comitatenses Salarium potestatis et capitanei solvere teneantur et qualiter inter eos salarium dividatur

Comitatenses Pistorii civitatis solvant et solvere

tenentur salarium potestati et capitaneo comunis perusii et camerarii seu massarii comunis perusii ipsa salaria seu solutiones ipsarum a baiulitoribus castrorum et villarum et aliorum locorum recipiat proplicium istorum. Et ipsi bailitores ipsa salaria bona fide sine fraude dividere debeant inter homines pauperes et divites ipsius loci vel locorum ut dives plus quam pauper solvat et pauperes sicut habent solvere teneantur. Et si bailitor seu bailitores non bene dividerent massarii comunis perusii teneantur ei vel eis auferre pro vice qualibet xx. solidos denariorum.

